Notis significationibus et suppositiōibus terminorum nunc de terminis vni confundēdi habentibus ē ulterius prosequēdū. Et p̄io de hoc v̄bo differt q̄d cōiter dicitur exponi p̄ positionem extremorum et negationē vni a reliquo ita q̄ dicitur habere tres exponentes. Duas affirmativas in quibus subiectū et p̄dicatū propositionis exponende vel saltem termini sinōnī subijciūt v̄bo substantiuo p̄dicatē s̄m adiacēs: et tertiam negatiuā in qua vnus talium terminorum remouetur a reliquo: vt tu differs ab asino: exponitur: tu es et asinus ē et tu nō es asinus: In .a. instanti tu differēbas ab asino: exponitur sic: in .a. instanti tu fuisti et in .a. instanti asinus fuit et in .a. instanti tu nō fuisti asinus igitur in .a. instanti tu differēbas ab asino. In .b. instanti tu differēs ab asino exponitur sic. In .b. instanti tu eris et in .b. instanti asinus erit et in .b. instanti tu non eris asinus igitur et c. ita q̄ quelibet trium exponentium istorum terminorum differt aliud et non idem et verba sunt conformatis temporis verbo propositionis principaliter exponēde. Ex istis sequuntur aliquę conclusiones prima ē: q̄ soz. differt ab omni homine: et tamen ipse non differt ab aliquo homine prima pars conclusionis patet per exponentes: quoniam soz. est. vt suppono et omnis homo est et soz. non est omnis homo: ergo soz. differt ab omni homine. Secunda pars conclusionis patet: quia si non: dicitur q̄ soz. differt ab aliquo homine: et sequitur q̄ soz. non est aliquis homo: per illam regulam ab exposita ad quālibet suarum exponentium est consequentia bona: et sicut conceditur h̄ conclusio: ita cōceditur q̄ q̄dlibet differt a quo libet et t̄n̄ nihil differt ab aliquo.

Contra istam conclusionem arguitur probando q̄ soz. non differt ab omni homine: quia sicut sequitur: soz. differt ab asino ergo inter sortem et asinum est differentia: ita sequitur a pari soz. differt ab omni homine igitur inter soz. et omnem hominem est differentia: consequens est falsum eo q̄ inter sortem et soz. non est differentia. Secundo arguitur sic Soz. differt ab omni homine: igitur soz. differt ab omni homine a quo ipse differt vel differt ab omni homine a quo ipse nō differt. Si dicat q̄ ipse differt ab omni homine a quo ipse non differt. Contra a nullo soz. differt a quo ipse non differt: ergo ipse non differt ab omni homine a quo ipse non differt. Similiter si soz. differt ab omni homine a quo ipse non differt et ipse est quilibet homo a quo ipse non differt. igitur soz. differt a se ipso: quod est impossibile. Ideo si concedit q̄ soz. differt ab omni homine a quo ipse differt. Contra ergo soz. differt ab omni homine: et ab omni homine differt: quia sequitur soz. differt ab omni homine a quo ipse differt: ergo differt ab omni homine: et ab isto differt. Et vltra igitur a quolibet homine differt q̄ est falsum. Item si iste homo demonstrato sorte differt ab omni homine: igitur omnis homo a quo ipse differt est: et vltra igitur omnis homo est a quo ipse differt. Prima consequentia patet: quia ad exponentes antecedentis sequuntur exponentes consequentis: et secunda consequentia probatur: quia quelibet singularis consequentis conuertitur cum aliqua singulari antecedentis: et e contra et cuilibet supposito subiecti correspondet vna singularis gō et c. antecedens sic probatur quia sequit̄ formaliter. Iste homo a quo iste homo differt est: igitur iste homo ē a quo iste homo differt et e contra. Et q̄ illud consequens sit falsum v̄z omnis homo est a quo iste homo differt: patet: quia sequitur: omnis homo ē a quo iste homo differt iste homo est homo demonstrato sorte. igitur iste homo est a quo ipse differt: consequens impossibile. Similiter homo non est a quo iste homo differt igitur et c. antecedens patet: quia sortes non est a quo ipse differt et sortes est homo: igitur et c.

Ad ista respondetur Ad primū ne tam: quia per tale medium inter me et asinum vel inter

sortem et asinum est differentia non probatur ista sortes differt ab asino: sed per eius exponentes: ideo similitudo non valet. Vel aliter potest dici: q̄ sicut ly homine in antecedente stat determinate ita deberet stare in consequente. Sed h̄ est falsum: quia in ista propositione inter sortes et omnem hominem est differentia supponit ly homines p̄fusa et distributive. Ideo debet sic argui si opponēs oīo vellet. Soz. differt ab oīo homine ergo iter sorte et homines ē differentia ita q̄ ly hominem supponit eodem modo sicut prius. Ad secundum concedo q̄ soz. differt ab oīo homine a quo ipse differt: et ulterius cum infertur q̄ ipse differt ab omni homine et ab isto differt: nego consequentiam: quia relatiuū nō h̄z resoluī ex quo ipsum p̄cedit dictio habens vni confundēdi. Sed contra soz. differt ab aliquo homine a quo ipse non differt: et qua ratione differt ab vno a quo ipse non differt eadem ratione differt a quolibet a quo ipse non differt: igitur ipse differt ab omni homine a quo ipse non differt: consequentia patet et assumptū arguitur: quia soz. differt ab aliquo a quo nihil differt: probatur ipse differt ab aliquo a quo non differt aliquid igitur et c. assumptum probatur: soz. est. et aliquid a quo non differt aliquid est. et sortes non est aliquid a quo non differt aliquid igitur et c. consequentia cum prima et tertia exponentibus patet et secunda probatur: quia si aliquid a quo differt aliquid est sit ille sortes. Contra a soz. differt aliquid igitur soz. non est aliquid: consequentia patet ab exposita ad alteram exponentium. Ad istud nego q̄ soz. differt ab aliquo a quo non differt: nego similiter q̄ soz. differt ab aliquo a quo non differt. Et ulterius cōceditur q̄ a soz. differt aliquid: et nego illam consequentiam ergo soz. non est aliquid nec hic arguit̄ ab exposita ad vnam suarum exponentium quia ista propositio a soz. differt aliquid: debet sic exponi: soz. ē et aliquid est et soz. aliquid nō est. Et si arguitur a sorte differt aliquid ipse est aliquid ergo ipse a se differt: negatur consequentia: quia ly aliquid non confunditur mobiliter: eo q̄ ly differt non habet vni mobilitandū nisi terminum a se rectū a parte post. Sed sic nō ē propositio: quia ly aliquid requiritur a parte ante et non a parte post. Ad tertiam principale cum infertur q̄ omnis homo a quo soz. differt est: concedo consequentiam et consequens et ulterius nego illam consequentiam: igitur omnis homo est a quo sortes differt. Et ad probationem quelibet singularis consequentis conuertitur cum aliqua singulari antecedentis et e contra igitur et c. nego consequentiam: oportet enim q̄ non plures singulares haberet vna q̄ alia. Et q̄ cuilibet supposito subiecti responderet vna singularis. sed sic non est in proposito: eo q̄ plures sūt singulares consequentis q̄ antecedentis: nulla enī est singularis antecedentis in qua non demonstratur. homo differens a soz. S̄z cōsequente demonstratur oīs homo differēs a soz. et non differens a soz. et c. Sed contra istam responsionem arguitur probando illā oīs hō est a quo soz. differt: q̄ t̄n̄ ens a quo sortes differt est homo igitur et c. p̄z consequentia ab exclusiua ad suam vniuersalem de terminis transpositis et ant̄ sic arguitur: ens a quo soz. differt est homo: et nihil aliud q̄ ens a quo sortes differt est homo igitur et c. patet consequentia ab exponentibus ad expositum: et maior patet et minor probatur sic: nihil aliud q̄ ens ē homo igitur nihil aliud q̄ ens a quo sortes differt ē homo: p̄z p̄ia q̄ arguit̄ a superiori ad suū inferius cū negatiōe p̄posita. Ad istud respondetur negando illam minorem nihil aliud q̄ ens a quo soz. differt est homo q̄ ipse est homo et ipse est aliud q̄ ens a quo ipse differt: et ad probationem nego consequentiam: et dico q̄ licet arguatur a superiori ad suū inferius negatione precedente non tamen negatione precedente et distribuente superius et inferius: eo q̄ illi termini ens et ens a quo sortes differt stant immobilitate virtute duorum signorum precedentium. scilicet nihil et quā. Et si dicitur q̄ sunt tria signa precedentia ergo mobilitant terminum immediate sequentem. Nego consequentiam: et causa est: quia non quilibet illorum signorum sicut ly aliud posset de perse mobilitare terminum

mm in
in nat m
Se
tine: q̄
dusom
mine si
cūda p̄
ne dicit
ergo et
fert hō
aliquis
abiferi
batur i
Lo
mine et
differt
Nam
isti sun
conseq
stante
batur
plato
Et
superi
ter con
pama
cūda
catly
ab hō
seque
mine
alij
hom
butin
supp
igitur
non i
vere
igitur
malis
pred
Et
p̄ia
aliqu
igitur
hom
possi
possi
es v
es igit
le ē
q̄ g
a no
entis
ne q̄
sibil
ē m
ro v
dicit
seip
pat
Et
nib
cū
Et
pos
esse
tia
te p

in recto sed solum in obliquo. **3^o** in proposito ly aliud si
 in nat nec impedit ista signa ad mobilitatē vlt' imobilitatē.
Secūda cōclusio est ista: q' nihil qd' ē
 homo differt ab ho-
 mine: & tñ ab omni homine differt homo: prima pars cō-
 clusionis patet: quia si aliquid quod ē homo differt ab ho-
 mine sit illud plato: & sequitur q' pla. non est homo. **Se-**
 cūda pars cōclusionis probatur expositōe sic: ab homi-
 ne differt homo: & nihil est hō quin ab illo differt homo
 ergo &c. cōsequētia p3 & maior probatur: quia a sorte dif-
 fert homo ergo. antecedens sic: a sor. differt pla. & pla. est
 aliquis homo ergo a sorte differt homo: p3 consequētia
 ab inferiori ad suum superius sine impedimēto: sicut pro-
 batur ista maior: pñr pōt pbari minor: alia.

Contra primā partem conclusionis argui-
 tur sic: plato differt ab ho-
 mine & plato ē aliqd qd' ē homo: ergo aliquid quod ē hō
 differt ab homine: consequētia patet & maior: probatur.
 Nam pla. differt ab isto hoīe. Et ab isto & sic de alijs. Et
 isti sunt omnes homines: igitur plato differt ab homine:
 consequētia patet q' arguitur sub isto termino homine
 stante confuse & distributivē cum debito medio: & aīis p
 batur: q' plato est: & iste homo & iste & sic vltra sunt: sed
 plato non est iste homo: & iste & iste: & sic vltra igitur &c.
Et confirmatur: pla. differt a superiori a se: sed homo ē
 superius ad platonem: ergo plato differt ab homine: pa-
 tet consequētia a termino stante confuse & distributivē &c.
 prima pars antecedentis patet per suas exponētes: & se-
 cūda probatur: q' ly homo significat omnia que signifi-
 cat ly pla. & aliqua vltra. **Secundo** arguitur sic: aliqd
 ab homine est homo: ergo homo est aliqd ab homine: cō-
 sequētia patet & antecedens probatur: q' aliqd ab isto ho-
 mine est homo & aliqd ab ista homine est homo & sic de
 alijs & isti sunt omnes homines: ergo aliqd ab homine est
 homo: consequētia p3: q' ly homine stat confuse & distri-
 butivē & per consequēs contingit descendere ad oīa sua
 supposita copulativē. **Tertio** arguitur sic: tu es nō. hō
 igitur tu differt ab homine: consequētia patet & aīis probat
 non homo vere & affirmativē predicatur de te sed quicqd
 vere & affirmativē predicatur de te verū ē q' tu es illud
 igitur tu es non homo: consequētia cum minori patet: et
 maior arguitur. Iste terminus homo vere & affirmativē
 predicatur de te sed iste terminus hō est non hō g' &c.
Confirmatur tu es homo igitur tu es non homo patz
 pñā quia arguitur ab inferiori ad suū superius: probatur
 aliquid est superius ad ly homo: sed nihil nisi non homo
 igitur &c. **Quarto** arguitur sic: tu non es: ergo tu si es
 homo: consequētia patet & antecedens probatur: q' non
 possibile est te esse. ergo tu non es: aīis probatur: quia si
 possibile est te esse vel ergo eque possibile ē te esse sicut tu
 es vel magis vel minus: si minus possibile est te eē q' tu
 es igitur gradus latitudinis possibilitatis sub quo possibi-
 le ē te esse plus distat a non gradu latitudinis possibilitatis
 q' gradus latitudinis entitatis sub quo iste homo ē distat
 a non gradu latitudinis entitatis: & si sic stat totā latitudinē
 entitatis tui corrupti non corrupta totā latitudinē possibili-
 tatis. Et si sic sequitur q' stat te posse eē post tui corruptio-
 nē quod ē impossibile naturaliter. Si autē dicatur q' magis pos-
 sibile ē istum esse vel te esse q' tu es: ergo potētia tui ad eē
 ē maior q' tui eē: tunc sic: & sit potētia eē tui. a. tunc q'
 ro vtrum potētia. a. ad esse sit maior q' tuuz eē vel nō. Si
 dicis q' sic: ergo potētia ad eē ē maior: suo eē & nihil ē mai-
 seipso ergo potētia ad esse distinguitur a tuo esse. Et si sic
 patet processus in infinitū in istis potētijs q' nō est veruz
Si dicis q' potētia. a. ad esse sit eadē cum tui eē: tunc sic
 nihil est maius seipso: sed potētia ipsius ad esse est eadē
 cum tuo esse igitur potētia. a. ad esse non est maior tuo eē.
 Et si sic non magis possibile. Si ergo conceditur q' eque
 possibile ē te esse sicut tu es: cōtra in infinitū possibile est te
 esse & solum sub gradu finito est tui eē igitur &c. cōsequē-
 tia patet: & maior: probatur sic: eque possibile ē te eē sicut
 te produci ad esse supposito q' tu incipias esse sed in infinitū

tum possibile est te produci ad esse ergo in infinitū possibile
 est te eē: p3 pñā: & aīis probatur: eque possibile ē te pro-
 duci sicut possibile ē aliqd producere te. sed in infinitū possibi-
 le ē producere te: igitur &c. p3 pñā cu3 maior & minor: pro-
 batur: q'nta potētia aliqd pōt producere te tñ possibile ē
 aliqd producere te: sed infinita potētia aliquid pōt producere
 te: quia nō tanta quin in duplo maior igitur &c.

Contra secūdam partem conclusionis
 arguit sic. Si ab hoīe
 differt homo sit ergo q' a te. **Contra** a te differt homo
 igitur tu es non idem homini: p3 cōsequētia a simili: quia
 bene sequit a te differt plato igitur tu es non idem plato.
Secundo si a te differt homo igitur tibi est idem non
 homo: pñā p3 q' differt aliqd: & non idem: convertuntur
 tunc ultra tibi est nō idē homo igitur tibi non est idē hō:
 consequētia p3 per istā regulam ab affirmativa de predi-
 cato infinito ad negativā d' predicato finito.

Ad ista argumenta rñdetur. **Ad**
 primū nego q'
 plato differt ab homine. & ad pbationē nego consequen-
 tiam. quia sub termino stante confuse & distributivē non
 contingit descendere copulativē sed copulativē sic arguen-
 do: plato differt ab isto hoīe: & differt ab isto homine &c.
 ergo plato differt ab homine: consequētia bona & antece-
 dens est falsum. **Ad cōfirmationē** nego tam maiorem
 q' minorem: licet enim ly homo sit superius ad ly pla. nihil
 tamen est superius ad platonem: cuius oppositum impli-
 cat maior: & intendit minor: superioritas enim non est nisi
 inter terminos: sicut nec convertio nisi inter propositiones
 si tamē superioritas caperet large non semper pro supe-
 rioritate terminorum tunc posset concedi maior: & conti-
 nue negari minor. **Ad secūdū** nego q' aliqd ab homine
 est homo. Et ad pbationē nego cōsequētia: & tūc quādo
 dicitur q' arguitur sub termino stante confuse & distributivē
 igitur &c. nego consequētia: oportet enim q' talis ter-
 min' staret confuse & distributivē mobiliter sic q' nullus
 terminus probabilis ipsum prederet qualiter non ē in
 proposito: sicut non sequitur: differens ab isto ente est: et
 differens ab isto ente ē &c. ergo differēs ab ente ē: aīis est
 verū & pñā falsum: Ideo dico q' nulla illarū ppositio
 nū ē sic pbāda. sed resoluēda. vt hoc ē hō & hoc est aliqd
 ab hoīe. ergo aliqd ab homine est hō: pñā ē bona sed mi-
 nor est falsa. Sili' & alia d3 sic pbari. vt hoc ē & hoc ē diffe-
 rens ab ente igitur differens ab ente ē. pñā bona. sed mi-
 nor est falsa. melius tñ diceretur q' ly homine stat distri-
 butivē mobiliter. sed non bene descendit nisi arguit con-
 tinue respectu eiusdē suppositi. v3 aliqd ab isto hoīe est hō
 & idem aliqd ab isto hoīe ē hō & sic de alijs sed aīis ē fal-
 sū vt p3 itūēti. **Nota** q' nō valet ista consequētia. hoc
 est demonstrando vnum binarium & ens est & hoc nō ē
 ens igitur hoc est differens ab ente sed solum sequitur q'
 hō ē differens vel differentia ab ente. **Ad h' enim** q' pñā
 foret bona oportet sumere talē minorem vlt' maiorem ē ali-
 qd: qd' ē falsū. demonstrato illo binario. **Ad tertiu** nego
 q' sū nō hō. Et ad pbationē nego minorem. eo q' nihil p-
 dicat de me p'dicatio. n. solumō sit iter terminos. s3 aliq' ne-
 gat ēt maiorem tenēdo ly nō infinite. Ergo at cōcedo maiorem
 quia negatio preposita toti propositioni non potest infinite
 teneri sed semp mere negative. Illa enī ppositio nō hō
 v3 & affirmativē p'dicat d' te eq' pollet huic nihil q' est hō
 vere & affirmativē p'dicat de te: & hoc ē ver. **Ad con-**
 firmationem nego consequentiam. Et ad eius probatio-
 nem nego q' ibi arguitur ab inferiori ad suum superius:
 Unde licet non homo sit superius ad istum terminū ho-
 mo: & etiam aliquid non homo sit superius ad ly homo:
 quia ly animal: non tamen ly non homo est superius ad
 istum terminum homo. Et si arguitur cōtra: omnia que
 significat ly homo: significat ly non homo & non econtra:
 ergo ly non homo est superius ad ly homo: dicitur negā-
 do consequentiam: oportet enim addere q' iste terminus
 non homo significet verē & affirmativē quicquid signifi-
 cat iste terminus homo qualiter non est in proposito.

Ad quartam dicitur qd eque possibile est te esse sicut tu es: et ulterius negat qd in infinito possibile est te esse: et similiter negatur qd in infinitum possibile est te produci. Et ad probationem quando arguitur: eque possibile est te produci sicut aliquid potest producere te: nego: supposito qd ly sicut confundat: unde in infinitum possibile e aliquid producere te. **Ad argumenta facta contra secundam partem conclusionis** respondeo primo. ad primum dicitur qd ibi non est similitudo. **Ad aliud dicitur** concedendo pntiam et pns. nam sicut differt non confundit reatum sic nec ly non idem sed solum obliquum et ulterius negatur consequentia secunda: nec arguitur ab affirmativa de predicato infinito: eo qd hoc totum non idem homini non est terminus infinitus.

Tertia conclusio est ista omnis homo differt ab omni homine qui est et qui fuit et qui erit et qui potest esse et tñ a nullo homine differt omnis homo: prima pars huius conclusionis patet: quia quocumq; homine demonstrato verum est qd ipse est et omnis homo qui est et qui fuit et qui erit et qui potest esse: et ipse non est omnis homo qui est qui fuit qui erit et qui potest esse igitur etc. Secunda pars conclusionis patet: eo qd quilibet homo est homo et nullus istorum differt a se.

Contra primam partem conclusionis arguitur sic: tu es omnis homo: igitur tu non differs ab omni homine: consequentia patet et antecedens probatur: tu es quilibet vel differens a quolibet: sed omnis homo est aliquid vel differens a quolibet. ergo tu es omnis homo: consequentia patet a superiori ad suum inferius distributive et cum debito medio: et minor patet: sed maior probatur: quia tu es differens a quolibet igitur tu es quolibet vel differens a quolibet: consequentia patet a parte disiuncti ad totum disiunctum.

Contra secundam partem conclusionis arguitur sic. sortes differt a seipso et non est maior ratio de sorte quam de quolibet alio. ergo omnis homo differt a se. et per consequens ab omni homine differt omnis homo. consequentia patet et maior probatur: et pono qd a. sit sortes et b. platonis. tunc arguitur sic. omne aliud a. b. quod non est a. differt ab a. sed omne a. est aliud a. b. quod non est a. ergo omne a. differt ab a. patet consequentia. et syllogismus i barbara et antecedens probatur pro utraque sui parte: primo pro maiori sic. maior est una universalis cuius quilibet singularis est vera et cuilibet supposito subiecti correspondet una singularis igitur etc. alias sic. b. aliud a. b. quod non est a. differt ab a. et hoc aliud a. b. qd non est a. differt ab a. et sic de alijs. Similiter omne tale qd non est hoc a. differt ab hoc a. sed omne aliud a. b. quod non est hoc a. est tale qd non est b. a. ergo omne aliud a. b. qd non est b. a. differt ab hoc a. et sic maior est vera: et minor principalis probatur videlicet qd omne a. est aliud a. b. quod non est a. quia omne a. est: et omne b. qd non est a. est et nullum a. est. b. qd non est a. etc. **Secundo** arguitur sic: utrumq; istorum demonstrando. a. et b. si ipsum est. b. differt ab a. sed a. est alterum istorum si ipsum est. b. ergo a. differt ab a. patet consequentia: eo qd arguitur a termino stante confuse et distributive ad suum inferius cum sufficienti medio: et maior probatur hoc istorum si ipsum est. b. differt ab a. demonstrando. a. Et hoc istorum demonstrando. b. si ipsum est. b. differt ab a. et non sunt plura istorum: ergo consequentia patet: et maior probatur. scilicet hoc istorum si ipsum est. b. ipsum differt ab a. igitur etc. quia si hoc istorum est. b. ipsum differt ab a. patet consequentia ab uno convertibili ad suum convertibile et antecedens est verum: quia est una conditionalis cuius antecedens e impossibile. **Tertio** arguitur sic: ab aliquo vero differt omne verum: igitur a pari ab aliquo homine differt omnis homo: consequentia patet et antecedens probatur: verum differt a vero: igitur etc. antecedens sic: verum differt a vero quod non potest differre a vero: igitur verum differt

a vero: consequentia patet et antecedens probatur. Et fit a. ista propositio tu es homo. tunc a. differt a vero qd non potest differre a vero. igitur verum differt a vero. consequentia patet et antecedens probatur. a. est. et verum qd non potest differre a vero. est. Sed a. non est verum qd non potest differre a vero: ergo differt a vero qd non potest differre a vero: consequentia patet cum prius exponite: et secunda etiam patet: quia deum esse est verum quod non potest differre a vero: tertia etiam patet: qd si non def oppositum: qd a. est verum quod non potest differre a vero sed b non: quia a. quod iam est verum potest esse falsum ergo potest differre a vero. **Quarto** arguitur: probando qd a te differt omnis homo: quia tu es et omnis homo est. et tu non es omnis: igitur a te differt omnis homo: consequentia patet: qd arguitur ab exponentibus ad exponentem et ans est verum: igitur et consequens. **Similiter** differens ab omni homine es tu: ergo a te differt omnis homo: consequentia patet per conversionem simplicem. **Similiter** tibi est non idem omnis homo ergo etc. consequentia patet et antecedens probatur: tibi non est idem omnis homo et tu es et omnis homo est igitur tibi est non idem omnis homo: consequentia patet. a. negativa de predicato finito ad affirmativam de predicato infinito cum debito medio. **Quinto** arguitur sic: aliqua duo differunt quod sunt eadem igitur etc. probatur conclusio: et pono qd a. sit numerus pro rebus numeratis ex sorte et platone: et sit b. idem numerus: tunc patet qd a. et b. sunt eadem: quia quecumq; sunt a. ipsa sunt b. et e contra. Et ex alio etiam: quia a. e. b. et e contra: et qd a. et b. differunt probatur sic: b. differunt demonstrando sorte et platonem. et b. sunt a. et b. ergo a. et b. differunt. Similiter signato sorte et platonem patet qd isti differunt et nullus istorum differt ab altero et quilibet istorum e alter illo: ergo aliquis illo: differt a se.

Ad ista argumenta respondeo. **Ad primam** partem conclusionis nego qd tu es quolibet: vel differens a quolibet: si signum a parte predicati cadit supra totum sequens: et tunc ad probationem nego consequentiam. et dico qd a parte disiuncti ad totum disiunctum non valet consequentia quando terminus huius vim confundendi precedit ipsius: sicut etiam nec a toto copulato ad alteram partem e bona consequentia. quando talis dictio precedit totum. Ideo conceditur qd tu differs a te et a me: quia tu es: et tu et ego sumus: et tu non es tu et ego: ergo tu differs a te et a me. Et sicut non sequitur: tu non es homo et asinus: igitur tu non es homo sic non sequitur tu differs ab homine et ab asino. igitur tu differs ab homine: nec sequitur: tu differs ab istis ergo isti differunt a te: nec sequitur. a. differt a te ergo tu differs ab a. posito qd ly a. convertatur cum ly homo: nec sequitur tu differs ab a. igitur a. differt a te: supposito qd a. convertatur cum ly omnis homo. Et consimiliter non sequitur: tu non es asinus igitur tu non es homo vel asinus. Et etiam non sequitur: tu differs ab asino: ergo tu differs ab homine vel ab asino: quia antecedens est verum et consequens falsum: ut patet per exponentes. Ideo conceditur ista conclusio qd sortes differens a viro et muliere non differt a viro vel a muliere: sicut sortes differens ab asino vel chymera non differt ab asino et chymera: quilibet particula per exponentes posito qd sortes sit.

Ad argumenta facta contra secundam partem conclusionis respondeo. **Ad primum** admissio casu concedo consequentiam. et nego maiorem: vtz omne aliud a. b. qd non est a. differt ab a. quia significat qd omne aliud a. b. qd non est a. differt ab a. quod patet esse falsum. Et qd ista propositio sic significat: certum est qd relatum refertur ad ly b. et ad nihil aliud: cum tibi dem non sit aliquid aliud antecedens explicitum: nec aliquid quod relatum ita propinquum sicut ly b. et tunc ad probationem istius maioris: nego qd quilibet singularis istius universalis est vera: quia demonstrando. a. falsum est qd hoc aliud ab b. quod non est a. differt ab a. quia debet sic resolvi: hoc demonstrando. a. differt ab a. et hoc

et aliud a. **Ad alteram** do consequentiam licet qd omne est hoc a. men. a. **Ad secundam** rem: videtur ipsum est libet eius: falsa: hoc debet sic resolvi: ipsum est probationem est b. hoc differt ab una conclusione categorice est affirmativa ad probationem vero igitur arguitur sicut non ergo tu illam a. Et ulterius ram qd nem ne a vero: e latini et ista pro vera quod deum te differe consequentiam et omne Sed tunc firmat uertit: sum e non id sequitur quia i dit sup illa p: men i idem totum do re tibi est stea e stante tem e conce curat se spect sic co et co b. su dicta fert: bon te: d ter: gnif cap sequat neu diu

est aliud .a. b. q. non est .a. ergo .a. sed maior est falsa.
 Alterius ad aliam probationem istius maioris concedo consequentiam: et maior est: sed nego minorem: videlicet q. omne aliud .a. b. q. non est hoc .a. est tale q. non est hoc .a. quia .a. est aliud .a. b. q. non est hoc .a. et tamen .a. non est tale q. non est hoc .a. ut patet.
 Ad secundum concedo consequentiam: et nego maiorem: videlicet q. vtrunq. illorum demonstratis .a. et .b. si ipsum est .b. differt ab .a. Et ad probationem nego q. q. libet eius singularis sit vera. unde demonstrando .a. est ista falsa: hoc istorum: si ipsum est .b. differt ab .a. quia debet sic resolui hoc differt ab .a. et hoc est hoc istorum si ipsum est .b. igitur .a. Et tunc maior est falsa. Et ad probationem istius singularis quando dicebatur si hoc istorum est .b. hoc differt ab .a. ergo hoc istorum si ipsum est .b. differt ab .a. nego consequentiam: eo q. antecedens est una conditionalis nihil ponens: et consequens est una categorica de conditionato extremo aliqd ponens ex quo ipsa est affirmativa. Ad tertium nego q. .a. differt a vero. et ad probationem .a. differt a vero q. non potest differre a vero igitur .a. differt a vero: nego consequentiam: eo q. arguitur ab inferiori ad suum superius cum distributione sicut non sequitur: tu differs ab animali quod est asinus ergo tu differs ab animali: vel aliter posset dici negando illam .a. differt a vero quod non potest differre a vero. Et ulterius negatur secunda exponens: videlicet q. verum q. non potest differre a vero est. et tunc ad probationem nego q. deum esse est verum q. non potest differre a vero: eo q. ly verum ibi sumitur nominaliter ratione re lativi et per consequens sumitur pro propositione vera. id est ista propositio significat: q. deum esse est una propositio vera que non potest differre a vero. quod est falsum: quia deum esse non est propositio. Ad quartum nego: q. a te differt omnis homo. Et ad eius probationem nego consequentiam: nec sic debet exponi. sed isto modo: tu es et omnis homo est: et tu omnis homo non es igitur .a. Sed tertia exponens est falsa ut patet. Ad aliam confirmationem nego iterum consequentiam: nec debite convertitur illa a te differt omnis homo: sed sic debet converti: aliquid a quo differt omnis homo es tu quod falsum est. Ad aliam confirmationem nego illam tibi est non idem omnis homo: et tunc ad probationem nego consequentiam: nec arguitur a negativa de predicato finito .a. quia in ista tibi est non idem omnis homo ly non non cadit super ly omnis homo: sed solum super ly idem: ideo illa propositio non est de predicato infinito. Uerum tamen melius responderetur dubitando illam: tibi est non idem omnis homo: querendo vtrum negatio cadit super totum sequens vel solum super ly idem: si secundo modo respondeatur sicut prius: si primo modo concedo q. tibi est non idem omnis homo. Et ex hoc non sequitur postea q. a te differt omnis homo quia arguitur a termino stante determinate vel confuse tantum ad eundem stantem confuse et distributive. Ad ultimum argumentum concedo conclusionem adductam: quia habendo respectum ad istorum unum sigillatim ad alium: et diuisim: sic conceditur q. differunt. sed non a se sed vnus ab altero et concederem totum esse suas partes: conceditur q. .a. et .b. sunt idem et tamen differunt: dato q. .a. esset vna medietas et .b. alia. Et non sequitur .a. et .b. differunt ergo .a. differt a b. sicut non sequitur: homo et animal differunt igitur homo differt ab animali: verum tamen proposito consequente: dubitandum est. an ly .a. capiatur collectivae et .b. similiter: si sic negatur illa: et ista exponens .a. non est .b. quia significat q. illi duo simul non sunt illi duo simul. Si autem capiatur tam .a. q. .b. diuisim. iterum negatur idem consequens: et eius exponens .a. non est .b. quia tunc significat q. isti diuisim sumpti non sunt isti diuisim sumpti: et q. neuter istorum est aliquis istorum. Si vero .a. capiatur diuisim et .b. collectivae vel contra conceditur q. .a. differt

a. b. quia ista exponens .a. non est .b. tunc significat q. vterq. illorum demonstratis .a. et .b. non est illi duo simul: et e contra. Sed capiendo .a. collectivae et .b. diuisim valet illam illi duo simul non sunt alter illorum. Et consimiliter respondendum est ad illam .a. differt a se: vel isti duo differunt a se. Ad aliud quando dicebatur signato sorte et plato ne isti differunt et nullus istorum differt ab altero: dicitur hoc dubitando nam si ly alterum sumatur absolute conclusio est satis possibilis: et ex hoc non sequitur q. aliquis istorum differt a se: si vero ly alterum sumatur relative negatur conclusio. Similiter respondendum est ad istas consequentiam: vnus istorum currit: et alterum istorum currit: ergo vterq. illorum currit: dubitando vtrum ly alterum sumatur relative vel absolute: relative concedo prius. sed absolute nego quare .a.

Quarta conclusio est ista. Sortes differt differebat et differebat ab asino et tamen non ab omni asino sorte. differebat vel differebat: prima pars huius patet si in qualibet eius particulam: primo enim patet q. sorte. differt ab asino per suas exponens: patet secundo q. ipse differebat ab asino. ut in medio instanti besterne diei ut patet. Tertio q. ipse differebat ab asino. quia in medio instanti crastine diei. Secunda pars conclusionis patet: quia si ab omni asino sorte differebat et differebat ergo: non est vel fuit vel erit asinus quando ab isto sorte. differebat vel differebat: consequens falsum: quia ab asino qui mille annis fuit vel erit sorte. non differebat nec differebat et sic patet conclusio.

Contra primam partem istius conclusionis arguitur sic. Si sorte. differt ab asino: ergo per idem differt a chymera consequentia patet: quia tota ratio quare sorte. differt ab asino. est quia sorte. est non idem asino: sed equaliter sortes est non idem chymere quia non est idem chymere: ergo sorte. differt a chymere consequens est falsum ergo et antecedens et q. consequens sit falsum patet: quia chymera non est: modo differentia non cadit nisi inter entia. Secundo si homo differt ab asino ergo differt ab asino genere vel specie vel non genere ut patet: et q. non specie probat: quia si homo differt ab asino specie: ista est species demonstrando specie in bonitas: igitur homo differt ab asino. ista specie: consequens est falsum: et consequentia patet: quia arguitur a termino stante confuse et distributive ad suum inferius cum debito medio: Similiter probatur q. sorte. non differt a brunello numero: quia si sortes differt a brunello numero: et iste est numerus demonstrando numerum duarum caprarum ergo sorte. differt a brunello isto numero. Tertio arguitur sic. Si sorte. differt ab asino hoc est quia sorte. est et asinus est et sorte. non est asinus. Sed q. ly differt non sic exponitur patet: per porphyrium qui dicit q. sorte. senex differt a semetipso puero et sorte. mouens differt a seipso quiescente: et sic sorte. differt a se q. non potest poni si ly differt debet exponi modo predicto. Quarto arguitur sic si sorte. differebat ab asino: et .b. asinus erit asinus: si gnato .b. asino generando post mille annos: ergo sortes differt ab asino: consequens falsum supposito q. sorte. et .b. asinus nunquam simul erunt: et consequentia patet: quia arguitur a termino stante confuse et distributive ad suum inferius cum debito medio. Similiter sequitur q. sorte. differebat ab antichristo: et per consequens a qualibet re futura consequentia probatur: quia tota ratio quare ponitur q. sorte. differebat ab asino est: quia sorte. erit et asinus erit et sortes non erit asinus eodem modo probatur q. sortes differebat ab antichristo quia sortes erit et antichristus erit: et sortes nunquam erit antichristus: igitur .a. Quinto arguitur q. ly differt non habet exponi nec habet vim confundendi confuse et distributive: quia si sic pari ratione et talis termini distribuentes vel privativi interficere vel destrueret vel spoliari obliuisci: et sic sequitur q. iste sunt concedende: tu privaris omni bono vel omni denario quem tu habuisti: posito q. vno precise privarieris. Et q. lucifer est sine omni pena: et beata virgo caret omni filio: et non

omni gaudio. Et qui interficeret te interficeret omnem hominem: sed non occideret aliquem hominem: et sic facilius est destruere quicquid est in mundo quam pulicem vel muscam: nec hominis habentis duos oculos erueres nisi si utrumque: et sic cuiuscumque veri fueris oblitus statim oblitus es cuiuslibet propositionis quam scivisti. et sic si perdes unum denarium perderes omne bonum quod haberes. Et si quis spoliat aliquem de quadrante spoliat ipsum de omnibus eius bonis. et sic ultra.

Contra secundam partem conclusio nis arguitur sic: aliud ab asino erit sortis. igitur ab omni asino sortis. differt: consequentia patet ab uno convertibili ad reliquum: patet quia si cut in una distribuitur ly asinus pro eo quod est vel erit ita etiam in alia: et antecedens probatur: videlicet quod aliud ab asino erit sortis. quod si erit sortis. demonstrando sortem. et hoc est vel erit aliud ab asino ergo aliud ab asino erit sortis. consequentia patet resolutorie et maior similiter: minorem vero ponit conclusio. Ad ista respondetur ad primum concedo quod sortis differt ab asino et sortis. est non idem asino: sed hoc non est ratio principalis sed ratio exponentium. Et cum in fertur quod per idem sortis. est non idem chymere dicitur dubitandum ut prius an ly. non cadat solum super ly. id est vel super totum: primo modo nego consequentiam. sed oportet assumere quod chymera est. Secundo modo concedo quod sortis est non idem chymere et ex hoc non sequitur quod sortis differt a chymera quia ly differt non convertitur cum ly non id est: nisi quando ly non solum negat ly. idem qualiter non est in proposito. Ad secundum dico quod sortis differt ab asino specie et numero: et tunc ad improbationem nego consequentiam: quia huiusmodi dictiones habentes viam confundendi non confundunt terminos nisi cum quibus construuntur a parte post mediante prepositione. a. vel ab quia ergo ly specie vel numero non construuntur cum ly. differt illo modo. Ideo non stat confuse et distributive: et non sequitur: sortis differt a platone in campo: bellus mons est campus ergo sortis. differt a platone in bello monte. Sicut etiam non sequitur: sortis est longior platone per tibiam: sed tibia tua est tibia: igitur sortis est longior platone per tibiam tuam et sic de alijs. Ad tertium argumentum potest dici quod quando per ly differt notatur respectus inter diversa accidentia unius et eiusdem aliter exponitur quam quando fit respectus inter duo individua. Ideo sorte potest phyrus sic exposuisset primum scilicet qui fuit puer et est. et ille qui est vel qui erit senex est. et sortis non est senex sub ratione qua fuit puer. Et sic posset dici quod sortis musicus differt a platone logico. quia non ratione qua sortis est musicus sortis est logicus. Et sic debet intelligi dictum potest phyrus. Vel aliter potest dici quod illa logica potest phyrus est neganda de vi vocis. quia est contra. eodem modum loquendi nunc approbatum. sed per illa dicta solum intelligit quod illi termini puer et senex. monens et generatice respectu sortis quod verum est. Et hoc certe satis concordat eius processui. Ad quartum nego istam consequentiam. sortis differet ab asino. b. erit asinus igitur et c. et tunc ad probationem nego consequentiam. quia arguitur respectu termini stantis mobiliter qui quidem terminus non supponit pro quodlibet asino futuro ratione adverbij determinantis et restringentis ipsum. inclusi in ly differet: ratione cuius ly differet non distribuit nisi pro asinis qui erunt cum sorte. Ideo debuit sic probari. b. erit asinus tecum. que est falsa in casu isto quare et c. Et tunc ad aliud argumentum nego quod sortis differet ab antichristo. Et ad probationem eius dico. Uno modo quod nulla talis propositio est exponenda. sed resoluenda ratione verbi de futuro per demonstrativa instantis temporis. ut tu differes ab asino. sic resolvitur. In a. instanti vel. b. instanti tu differes ab asino qua resoluta statim exponitur. Ideo ista sortis. differet ab antichristo: sic dicitur resoluta tunc uno instanti dato tu differes ab antichristo que falsa est: quia sic debet exponi: tunc tu eris et tunc antichristus

erit: et tunc tu non eris antichristus: ergo et sic exponenda minor est falsa. Alio modo dicitur quod non bene sumit secunda exponens que dicitur esse ista: antichristus erit quod tu eris que falsa est ut suppono: unde quemadmodum ly differt non distribuit secundum extremum differentie nisi in comparatione ad primum: et pro suppositis solummodo simultatem habentibus cum significato primi: ita non venit extrema duorum nisi invicem simultatem habentibus quia ergo tu et antichristus non simul eritis propterea b. est falsa tu differes sen aliud eris ab antichristo. Ad quod tertium de adductis conclusionibus dico: quod non oportet eas illas concedere: quia quedam sunt ibi dictiones quas sine negatione stat intelligi. Et si explicetur earum conceptus hoc non est principaliter. sed forte ex consequenti: sicut si ille interficere: destruere: spoliari: oblitisci: et sic de alijs. unde concedo quod si prius ista denario quod prius denario. Et si interficis illum hominem interficis hominem: et non omnem hominem. Et sic consequenter nego conclusiones illas adductas cum talibus terminis: veritatem non sequitur careo isto denario: ergo careo aliquo denario sed bene sequitur quod aliquo denario careo. Similiter concedi potest quod lucifer est sine omni pena: et non est sine aliqua pena: nec beata virgo sine aliquo filio vel gaudio. Juxta hoc potest concedi quod ista consequentia non valet facio te non esse et tu es aliquis homo ergo facio aliquem hominem non esse. Sed bene sequitur quod aliquem hominem facio non esse: quia ly facio est terminus confusivus cum ponitur respectu complexi: sicut in proposito quod est differentia inter istum terminum et alios qui non proprie determinant complexum sicut incomplextum. Improprie enim dicitur curro miliare esse: percussio animal esse: leda sortis. Et si istetur cum ly videre vel audire: dico quod improprie dicitur video sortis. currere. Audio sortis. loqui: quod non significat aliter quam quod video sortis. currere. Audio vocem sortis loquentis. Sed sic non significat propositio cum ly facio: non sequitur facio te currere: ergo facio te currentem: facio te audire: igitur facio te audientem et sic de alijs. Ad argumentum factum contra secundam partem conclusionis respondetur negando quod aliud ab asino erit sortis. significat enim quod aliud ab asino qui est vel qui erit: erit sortis. quod falsum est. Et tunc ad probationem nego consequentiam: sed taliter est inferenda: b. erit sortis. et b. est vel erit aliud ab asino qui est asinus vel qui erit asinus. igitur aliud ab asino erit sortis. Et sic arguendo conceditur consequentia et negatur minor. Causa autem quare prima consequentia non valet alias dicebatur: sed iterum replicatur: quia quandoque terminus subiecti distribuitur respectu verbi de preterito vel de futuro tunc distribuitur pro quocumque tempore connotato per verbum: ergo sic dicendo ois homo erit: pro omni homine futuro in aliquo tempore fit distributio: sicut patet per exponentes. Ideo sic dicendo aliud ab asino erit sortis. stat ille terminus asinus distributive pro omni quod est vel erit asinus et per consequens est propositio falsa: quia nec illud quod est aliud ab illo quod est asinus vel quod erit asinus erit sortis. nec illud quod erit aliud ab illo quod est asinus vel quod erit asinus erit sortis. Juxta hoc conceditur ista conclusio: quod sortis. differet ab albo et tamen nec differens ab albo unquam erit sortis. nec differens ab albo potest esse sortis. posito quod aliquando erit ita quod sortis. differt ab albo tunc patet prima pars et secunda pars per se posito quod sortis. post modum erit albus. Nam si differes ab albo erit sortis. tunc differes ab illo quod est vel quod erit albus erit sortis. quod est casus. Et per idem si differens ab albo potest esse sortis. tunc differens ab illo quod potest esse albus potest esse sortis: quod est contra casum. Ex quo patet quod non sequitur ut prius illud quod est differens ab albo erit sortis. et illud quod erit differens ab albo erit sortis. igitur differens ab albo erit sortis: nec sequitur illud quod potest esse differens ab albo potest esse sortis. igitur differens ab albo potest esse sortis. sed tales erunt propositiones inferentes hoc potest esse sortis. et hoc est vel potest esse differens ab illo quod est albus vel potest esse albus ergo differens ab albo potest esse sortis. Et si argua

ur factu
ferens
illius te
non sec
albo er
pialiter
conced
bo pot
ab al b
b e v
ferens
da est
tur par
tur con
tur sor
id e d
cu o r
a refer
nel q
sio q
conced
q sor
q pos
erit ali
est ali
ego su
post q
est q
aliq
expon
post q
mira
minia
obliqu
le am
CD
as p
ne ne
quo e
ui exp
exclu
mi o
nis. j
ta ex
cu q
tm b
dinis
plicit
hoc t
in qu
tm b
qua
subie
ent e
dicti
pese
non
cessu
mi se
libet
eius
dicto
curr
curr
instit
dept
ita

tur sicut prius: si est differens ab albo et si erit sor. igitur differens ab albo erit sor. certum est quod mutatur suppositio istius termini album in antecedente et in consequente. Sed non sequitur: sed bene sequitur quod illud quod est differens ab albo erit sor. hec autem omnia dicta sunt tenendo ly differens participialiter: quia si teneretur nominaliter negaretur conclusio: et concederetur quod differens ab albo erit sor. et differens ab albo potest esse sor. quia tales tunc significant quod illud quod differt ab albo erit sor. et illud quod differt ab albo potest esse sor. Et hoc est verum in casu superius posito. Sed proposita tali ratione differens ab albo erit sor. igitur aliud ab albo erit sor. dubitanda est consequentia. Utrum ly differens in antecedente sumatur participialiter vel nominaliter si participialiter concedatur consequentia si nominaliter negatur. Et nota quod non sequitur sor. est aliud ab albo igitur sor. erit aliud quam album: quia idem dicitur sor. erit aliud quam album: et sor. erit aliud quam album erit: cum ordo sit truncatus et isto modo est suppletum. Sed cum vobis dicitur prius refert: ut idem dicitur sor. est aliud ab albo. et aliud quam album: vel quod est album: possibile tamen est quod sortes erit aliud quam album posito quod nunc sit niger et erit per totam vitam suam: quo posito concedo quod de album erit aliud quam nunc est sor. et erit aliud quam sor. et tamen infinito: alborum nullus erit aliud a sor. quia post corruptionem sortis infinita alba erunt quorum nullum erit aliud a sorte. quia sor. tunc non erit: unde in isto casu sor. est aliud quam album erit: quod tunc est remotum ab hoc instanti: et ego sum aliud quam erit asinus qui mille annis generabitur postquam defiero esse: prima enim propositio sic exponitur: sor. est et album quod tunc est remotum ab hoc instanti erit et sor. non est aliud quam album quod tunc est remotum ab hoc instanti. Secunda sic exponitur. Ego sum et asinus qui mille annis generabitur postquam defiero esse erit: et ego non sum talis asinus etc. Et si mirum quod iste aliter exponitur quam alie quia iste sunt de terminis compositis non determinatis ab ista dictione aliud in obliquo. Ideo nego quod sum aliud a tali asino qui post mille annis generabitur quare etc.

De dictionis exclusiuis.

Consequenter sequitur in hoc capitulo de dictionibus exclusiuis tractandum que sunt: tantum: solus: solus: solus modo: tantum modo: et precise: ratione quarum propositio in qua ponitur aliqua earum rursus si non fuerit impedimentum procedens per duas propositiones est exponenda: siue fuerit affirmatiua siue negatiua: dummodo nota exclusionis non negetur: pro quo est notandum quod quecumque exclusiua ratione termini exclusiui exponenda exponi debet. Si exigentiam ordinis termini exclusiui. Aliter enim est exponenda propositio exclusiua primi ordinis. Aliter secundi ordinis vel tertij vel quarti ordinis. propositio enim exclusiua primi ordinis est illa in qua nota exclusionis determinat sibi implicite vel explicite tantum subiectum quod predicatum propositio exclusiue: ut tamen homo currit: tamen homo non currit. propositio exclusiua secundi ordinis est illa in qua nota exclusionis determinat implicite vel explicite totam predicatum cum copula: ut iste homo tamen currit hoc tamen non currit. propositio tertij ordinis vocatur illa in qua dicitio exclusiua solus determinat predicatum: ut tu es tamen homo. propositio exclusiua quarti ordinis est illa in qua dicitio exclusiua determinat solum partem predicati aut subiecti ut ego video tamen sor. a propositio significat precise siue est. propositio exclusiua quinti ordinis est illa in qua dicitio exclusiua finaliter subsequitur: ut tu es tantum modo aut precise. et licet sint quinque ordines vel plures quo ad situm non tamen quo ad exponentes ut patebit: de omnibus istis successiue est dicendum. Sed prima de exclusiuis affirmatiuis primi secundi et tertij ordinis: unde generaliter loquendo que libet exclusiua affirmatiua primi ordinis debet exponi per eius preiacentem et vniuersalem negatiua de subiecto contradictorio subiecti preiacentis: ceteris non mutatis: ut ista tamen homo currit: debet sic exponi: homo currit: et nihil non homo currit: prima enim exponens est preiacens exclusiue que cuiuslibet exclusiue preiacens vocatur totum quod remanet de preterito termino exclusiui: Secunda eius exponens habet istum terminum infinitum: non homo: pro suo subiecto: et iste

Ad hec omnia respōdetur. Ad primū dubitatur ab aliqb̄ illa: qz qualiscūqz hō currit: an distributio ip̄ortata p ly qualiscūqz ferratur in ly homo stans mobiliter uel terminetur in ly qualitate ip̄ortata: primo modo cōcedunt p̄nam qz negāt añs: qz tunc eq̄polleret illi omnis homo aliqua qualitate de

dominatus currit: que falsa est. Et tunc ad probationem illius antea negat consequentiam: quia ille non sunt eius exponentes: sed iste aliquis homo currit et non est aliquis homo quin ille currit: quod negatur in casu posito. Si autem distributio terminetur in ly qualitate tunc negant principalem consequentiam et concedunt antecedens: quia tunc equipollent isti omni qualitate denominatus homo: currit. Et si istum intellectum exponentes date inferunt illud antecedens: et tunc exclusiua vniuersalis erit ista: tamen qualitas qua denominatur homo currit est aliqua qualitas et hoc est verum. Ad id tamen videtur si in qd alias ostendit qd non teneatur nisi primo modo. Ideo debet sic exponi. Aliqualis homo currit: et non est aliquis homo quin ille currit: que falsa est. Ad secundum dubitatur iterum illa: omnis homo et omnis homo albus est for. eo qd prius distributio potest cadere solum super ly homo vel super totum illud: homo et omnis homo: primo modo concedo consequentiam et nego antecedens. Et ad probationem dico qd ille non sunt eius exponentes: sed iste: homo et omnis homo albus est for. et nihil est homo quin illud et omnis homo albus est for. quod falsum est. Si autem distributio cadit super totum compositum concedo iterum consequentiam et consequens. Et ad probationem nego consequentiam. Et cum dicitur a toto copulato ad alteram esse partem tenet consequentia: verum est si copulatum non prederet signum habens vim confundendi: sed in proposito precedit ly tamen. Ad tertium concedo consequentiam et consequens. Et tunc ad argumentum: tamen verum est ens cui falsum contradicit. igitur tamen verum est cui falsum contradicit. nego consequentiam. et dico qd non contingit semper arguere a ly est ens ad ly est: et hoc accidit quando relationum subsequitur quod refertur in vna ad ly ens et in alia ad alium terminum: qualiter est in proposito: quia in vna refertur ad ly ens tanquam ad suum proximum antecedens et in alia ad ly verum quare magne diuersitatis est. Ad quartam concedo illam consequentiam: omnes homines similes quorum vnus est for. sunt tres. ergo tamen tres sunt homines similes quorum vnus est for. Et tunc ad probationem nego qd aliqui non tres sunt homines similes quorum vnus est for. Et tunc ad probationem nego vltimam consequentiam: quia in antecedente relationum refertur ad ly tres et in consequente ad ly homines similes. Ad quintam dubito illam consequentiam: an ly omnes tenet collectivam vel diuisivam. Si diuisivam concedo consequentiam: et nego antecedens: et tunc ad probationem antecedentis nego consequentiam. Si autem ly omnes tenetur collectivam nego consequentiam: et hoc fuit satis exclusivum in regula: cum dicebatur qd subiectum vniuersalis debet stare mobiliter qualiter non est in proposito: quia subiectum stat immobiliter cum sub eo non contingat descendere quare etc. Signum .n. affirmativum in tamen collectivam sumptum habet vim immobilitandi quare etc. Ad sextum dico qd non arguitur per regulam sed sic debet argui quilibet qd est for. est for. ergo tamen for. est for. qui est. Ad septimum dico consimiliter negando consequentiam: nec arguitur per regulam: quia non arguitur de terminis transpositis. sed sic deberet argui: omnis propositio significat est: ergo precise significans sicut est. est aliqua propositio: et hoc est verum. vt patet per exponentes. et sic non procedit argumentum. Ad vltimum nego consequentiam: sed bene sequitur tamen vnus homo est homo masculus vel tamen vnus homo est aliquis homo: quia sicut restringitur ly homo in antecedente pro masculino solum ita debet restringi in parte si prius debet tenere per regulam quare etc.

Tertia regula est ista: ab exclusiua ad quam libet suarum exponentium est consequentia for: malis.

Contra hec consequentia non valet: tamen non omnis homo est homo igitur non omnis homo est homo. Et hoc arguitur per regulam: ergo: qd illa consequentia non valeat. probatio: quia antecedens est verum et consequens falsum. ergo consequentia non va-

let: qd antecedens sit verum. probatio: quia omnis homo est non omnis homo. ergo tamen non omnis homo est homo patet consequentia ab vniuersali ad suam exclusiuam etc. et qd consequens sit falsum. probatio: quia suum oppositum est verum: videlicet omnis homo est homo. Sed qd ibi arguatur per regulam probatio. quia ab exclusiua ad suum preiacens est consequentia bona. Sed illa non omnis homo est homo est preiacens illius tantum non omnis homo est homo igitur etc. Et qd sit preiacens illius patet: quia preiacens exclusiue dicitur esse illud totum qd remanet de proposito exclusiue sed sic est in proposito igitur etc. Secundo arguitur sic. hoc consequentia non valet. tamen animal est homo ergo nihil non animal est homo: et hoc arguitur per regulam ergo: qd illa consequentia non valeat. probatio: quia antecedens est verum vt patet: et consequens falsum: probatio: quia sequitur nihil non animal est homo igitur omne ens animal est homo: patet consequentia per illam regulam negatio post posita facit equipollere suo contrario: et consequens est falsum vt patet igitur et ans. Tertio arguitur sic: hec consequentia non valet: tamen verum vel falsum est propositio ergo nihil non verum vel falsum est propositio: et hic arguitur per regulam ergo etc. qd consequentia non valeat probatio: quia antecedens est verum et consequens falsum. ergo: qd antecedens est verum. probatio: quia omnis propositio est vera vel falsa. Et qd consequens sit falsum: probatio: quia aliquid non verum vel falsum: est propositio: probatur aliquid non verum est propositio igitur aliquid non verum vel falsum est propositio: patet consequentia a parte disiuncti ad totum disiunctum. Quarto ex regula sequitur qd hec consequentia sit bona. tantum .a. definit esse verum: ergo nihil non .a. definit esse verum et qd non valeat probatio. Et pono qd .a. definit esse verum per positionem de presenti et .b. definit esse verum. et definit esse per remotionem de presenti: isto posito patet qd prius est falsum. quia aliquid non .a. definit esse verum: probatur .b. definit esse verum. et .b. est aliquid non .a. vel definit esse aliquid non .a. ergo. Et qd antecedens sit verum probatio: quia omne definit esse verum est .a. ergo tantum .a. definit esse verum: patet consequentia ab vniuersali ad suam exclusiuam ergo etc.

Quinto ista consequentia non valet: tantum homo est animal igitur homo est animal: et nihil non homo est animal et hoc arguitur per regulam ergo: et qd non valet probatio: et pono qd exclusio solum terminetur ad ly homo: isto posito patet qd illa consequentia non valet quia antecedens est verum et consequens falsum: patet: et qd ans sit verum probatio. quia aliquid tamen homo est animal. Similiter aliquod animal tantum homo est.

Ad hec omnia respondet. Ad primam nego consequentiam: nec arguitur ab exclusiua ad suum preiacens: quia in exclusiua ly non tenetur infinite et in consequente tenetur negative. Et vterius cum dicitur qd preiacens exclusiue est illud qd remanet de proposito exclusiue concedo. Ideo dico qd ly non omnis homo est homo: est preiacens exclusiue: et ly non omnis homo est homo. non est preiacens exclusiue: primum patet quando ly non tenetur infinite. et secundum patet quando tenetur negative. Et si queritur quomodo ergo debet argui ab illa exclusiua ad suum preiacens. dico qd hoc non est possibile sed bene possibile est qd arguatur ab vna exclusiua ad vnam propositionem conuertibilem cum preiacente eiusdem sic arguendo tamen non omnis homo est homo. ergo aliquid non omnis homo est homo: vbi ly non equaliter tenetur infinite inconsequente sicut et in antecedente. Ad secundam concedo consequentiam et consequens: Et ad probationem consequentis nego consequentiam. Et tunc ad regulam equipollentiarum dico qd regula intelligitur quando negatio immediate sequitur terminum distributum .s. subiectum vniuersalis. et qd etiam teneatur negative et non infinite: sed sic non est in proposito: primo quia negatio tenetur infinite. secundo quia non sequitur immediate subiectum: imo ponitur inter partes subiecti. Ad tertiam concedo partem et consequens et nego qd ali-

quid non verum vel falsum est propositio. Et tunc ad probationem aliquid non verum est propositio ergo aliquid non verum vel falsum est propositio: nego consequentiam: sicut non sequitur. Non homo est asinus igitur non homo vel asinus est asinus. Similiter etiam non sequitur: ois homo est hō. ergo omnis homo vel asinus est homo dato q̄ distributio distribuat totum disunctum. Tunc ad probationem dico q̄ regula intelligitur: quando dictio habet vim confundendi non precedit disunctum modo in proposito illa negatio non: precedit disunctum. Ad quartum dicitur concedo consequentiam et nego antecedens in casu illo. Et tunc ad probationem antecedentis: omne desinens esse verum est. a. igitur tantum. a. desinit eē vey nego consequentiam: quia subiectum antecedentis nō stat ampliativē sicut subiectum consequentis. quia in antecedente subiectum supponit respectu huius verbi est non ampliativē et in consequente supponit subiectum respectu huius verbi desinit ampliativē. Ad ultimum concedo consequentiam. Et ad probationem admitto casus: et dico q̄ illa consequentia non valet: quia antecedens est verū et consequens falsum. nec arguitur per regulam: quia antecedens in illo casu non est exclusiva: sed vna propositio de excluso extremo. Et si arguitur sic. antecedens est verū et qualitercūq̄ iam significat prius significabat et iam est verum. igitur prius fuit verum. Sed prius illa consequentia erat bona ergo et iam. Respondedo notando q̄ qualitercūq̄ iam significat prius significabat saltim primarie: q̄ iam significat q̄ aliquid animal est tantum homo qd̄ est verum: et prius significabat et asserrebat q̄ omne animal est homo qd̄ falsum est. Aliter potest dici non admittēdo suppositionem. Et si arguitur sic: in ista propositione animal est tantum homo: exclusio soluz terminatur ad illum terminum homo. Sed qualitercūq̄ potest terminari apte predicati potest terminari a parte subiecti: negatur. Et si arguat sic exclusio a parte predicati est quidam modus intelligendi quē intellectus facit ad placitū sed quēcūq̄ modus intelligēdi potest intellectus facere a parte predicati circa istum terminum homo consimilem omnino potest facere a parte subiecti circa eundem terminum ergo intellectus potest facere exclusionem solum terminari a parte subiecti ad illum terminum homo. Ad id dicitur negando consequentiam. Nam dato isto modo arguendi improbaretur ista omnis homo est animal et probaretur ista: nullus animal est homo: quod est falsum.

Quarta regula est ista. Ab exponentibus exclusive collectivē sumptis ad ipsas exclusivā ē consequentia bona et formalis. Sequitur enim formaliter: homo currit. et nihil non hō currit ergo tantum hō currit.

Contra istam regulam arguitur sic. Ex ista regula sequitur q̄ hec consequentia est bona. Exclusum est exclusum et nihil non exclusum est exclusum. ergo tū exclusum ē exclusum. Et qd̄ ista nō valet. probō. et pono q̄ aliquid sit exclusum. Isto posito patet veritas antecedentis. Et q̄ consequens sit falsum. probō: quia in omni exclusiva vera et affirmativa predicatum vere dicitur de subiecto et negatur ab opposito subiecti. Sed in ista exclusiva predicatum dicitur de opposito subiecti igitur et consequentia patet et maior est regula. et minor probatur: q̄ oppositum subiecti est exclusum igitur. predicatum dicitur de opposito subiecti. Secundo arguitur sic. hec consequentia non valet. Sor. currit et nihil non sor. currit igitur: tantum sor. currit: et h arguitur per regulam: igitur et q̄ non valet. probō. et pono q̄ sortes currit et q̄ nihil q̄ erit tempore sortis currit et q̄ post corruptionem ei⁹ generentur nova animalia que currēt. Isto posito patet q̄ consequens est falsum: quia sua universalis est falsa videlicet omne futurum currens est vel erit sor. Et q̄ antecedens sit verum: probō. prima pars patet et secunda probatur. quia nihil aliud a sor. currit igitur nihil a sor. currit: consequentia probatur: quia sequitur nihil aliud a sorte currit. ergo nihil non idem sorti currit: consequen-

tia patet: quia aliud et non idem convertuntur. tunc ultra nihil non idem sor. currit igitur nihil non sor. currit. consequentia patet quia oppositum consequentis repugnat antecedenti. Tertio arguitur sic h consequentia nō valet tu credis q̄ aliquis homo decipitur: et tu non es non credis q̄ aliquis homo decipitur: igitur. tu credis precise q̄ aliquis homo decipitur: et cum hoc ita sit q̄ nullus alius a te decipitur. Isto posito patet veritas antecedentis. et q̄ consequens sit falsum. probō. quia sequitur tu credis precise q̄ aliquis homo decipitur igitur. aliquis homo decipitur. cōsequens falsum igitur et antecedens. consequentia patet: quia oppositum consequentis repugnat antecedenti. Et q̄ consequens sit falsum probatur: quia nullus homo decipitur: probatur: nullus homo alius a te decipitur per casum: et tu non deciperis ergo. minorem probō: q̄ qualitercūq̄ credis ita est: probatur tu solum credis q̄ aliquis homo decipitur ut suppono et ita est q̄ aliquis homo decipitur per concessum igitur. qualitercūq̄ et. Quarto ex regula sequitur q̄ ista consequentia sit bona. Sor. videt filium suum et nihil nō sor. videt filium suum: igitur tū sor. videt filium suum. Et q̄ non valet. probō. et pono q̄ sortes videat filium suum quē nemo videat nisi ipse et q̄ plato videat filium suum quē nemo videat nisi ipse. Isto posito patet q̄ antecedens est verum: prima pars patet: et secunda probatur: quia nihil non sor. videt filium suum. igitur nihil non sor. videt filium suum: consequentia patet q̄ ly suū refertur ad ly sor. itatez discrete. Et q̄ consequens sit falsum probō: quia sequitur tū sor. videt filium suum igitur omne videns filium suum: est sor. consequentia patet et consequens est falsum pro platone: ergo et antecedens. Quinto arguitur sic. Ista consequentia non valet. Sicut est credit quilibet istorum et non sicut non est credit quilibet istorum: ergo precise sicut est credit quilibet istorum. et h arguitur per regulam igitur. et. Et q̄ consequentia nō valet probō: et pono q̄ sor. sit quilibet homo et plato vna mulier: credat sor. solum q̄ deus est et plato q̄ homo est asinus. Isto posito patet q̄ antecedens est verum tam pro minori q̄ pro maiori. Et q̄ consequens sit falsum. probō: quia ab altero istorum creditur sicut non est: ergo non precise sicut est credit quilibet istorum: consequentia patet et antecedens probatur ab altero istorum creditur q̄ homo est asinus: igitur ab altero istorum creditur sicut non est: consequentia patet et ante probatur: a platone credit q̄ homo ē asinus et plato ē alterum istorum ergo.

Ad ista respondetur Ad primam concedo consequentiam et consequens. Et tunc ad probationem nego illam consequentiam: oppositū subiecti est exclusū ergo. predicatū vere dicitur de opposito subiecti: q̄ ly exclusus vere dicat de ly oppositū subiecti nō tamen vere dicitur de ly exclusum: per idem enim improbaretur hec tū ens est ens que vera et necessaria est. unde non sequitur oppositum subiecti: est exclusum: sed oppositum subiecti: ē nō exclusum ergo. non exclusum est exclusū. sumēdo minore materialiter sed bene sequitur igitur. ly non exclusum est exclusum. Ad secundum admissio illo casu concedo consequentiam et nego ante pro minori. Et ad probationem nego consequentiam: et tunc quando arguitur. nihil aliud a sorte currit ergo. nihil non idem sorti currit. dubito consequentiam: eo q̄ ly non potest cadere super ly. idem precise vel super ly idem sorti. primo modo concedo consequentiam et antecedens. Et ulterius postea non sequitur q̄ nihil non sortes currit: nec oppositum consequentis repugnat antecedenti. Secundo modo nego consequentiam et cum dicitur q̄ aliud et non idem convertuntur verum est: quando negatio terminatur in ly idem. Ad tertium admissio illo casu concedo consequentiam et consequens. Et ulterius cum infertur q̄ aliquis homo decipitur concedo: et concedo similiter q̄ tu deciperis: et nego q̄ qualitercūq̄ credis: ita est: et tunc ad probationem tu credis q̄ aliquis homo decipitur et ita est q̄ aliquis hō decipi-

tur igitur: nego consequentiam sed oportet addere i mi-
 nori q̄ ille homo quem credis decipi decipitur quod est
 falsum in illo casu. quia tu nō credis teipsum decipi s; al-
 tum a te. unde nō sequitur: tu credis precise q̄ aliquis ho-
 mo currit & ita est q̄ aliquis homo currit igitur. qualiter
 cūq; credis ita ē: vt posito q̄ sortes currat & plato sedeat
 credis tu platonem currere. Isto posito patet q̄ antecē-
 dens est verum & consequens falsum: quia tu deciperis.
 Ideo deberet sic argui. Tu precise credis q̄ aliquis ho-
 mo currit & ita est q̄ ille homo currit quem credis curre-
 re ergo: consequentia est bona. sed minor est falsa: quia tu
 credis platonem currere & non currit. Ad quartū cō-
 cedo consequentiam & consequens in illo casu. Et ad pro-
 bationem dico q̄ illa non est eius vniuersalis: quia in ex-
 clusua refertur relatiuū ad ly sor. & in vniuersali ad ly vi-
 dens: vniuersalis ergo illius exclusiue tantum sortes vi-
 det filium suum est ista omne videns filium sortis est sor.
 que vera est. Ad vltimum admissio isto casu concedo
 consequentiam & consequens. Et tunc ad improbationem
 ab altero isto: vni creditur sicut non est: dubito istam pro-
 positionem: eo q̄ ly alterum potest esse masculini vel neu-
 tri generis: primo modo concedo consequentiam: & nego
 antecedens. Et tunc ad probationem nego illam conse-
 quentiam a platone creditur sicut non est & plato est alte-
 rum illorum ergo: propter mutationem suppositionis:
 quia in antecedente tenetur ly alterum in neutro genere.
 & in consequente in masculino genere. Si autem ly alte-
 ro tenetur in neutro genere. nego consequentiam in qua
 inferitur q̄ non precise sicut est credit quilibet illorum: ex
 quo in consequente ly alter inclusus in ly quilibet suppo-
 nit solum pro masculo & pro masculino genere tenetur
 quare &c.

De dictionibus exceptiuis.

De dictionibus exceptiuis restat consequen-
 ter dicendū: cuius in oī sūt isti termini & sibi
 equivalentes preter: preterq̄: & nisi. quoruū
 quilibet cathegoricam exceptiuam potest
 facere. Et differunt in hoc: quia duo pri-
 mi excipiunt indifferenter a distributione af-
 firmatiua & negatiua: sed tertius non excipit proprie ni-
 si a distributione negatiua. Unde congrue dicitur om-
 nis homo preter vel preterquam sortes currit: & nullus
 homo preter vel preterq̄ sortes currit. Similiter cōgrue
 dicitur: nullus homo nisi sortes currit. sed incongrue dici-
 tur omnis homo nisi sorter currit. In omni exceptiua
 quinq; requiruntur. Primo preiacens exceptiue. Se-
 cundo iud a quo fit exceptio. Tertio dicitio excipiens.
 Quarto pars excepta. Quinto illud respectu cuius fit ex-
 ceptio. Preiacens exceptiue dicitur esse illud q̄ remanet
 dempta dictione exceptiua cum parte extra capta: vt pre-
 iacens illius. Omnis homo preter sor. currit: est h: omnis
 homo currit. Terminus a quo fit exceptio est subiectum
 preiacentis vel sibi equivalentis: vt ly homo. Dicitio exci-
 piens est dicitio exceptiua vt ly preter. Pars extra capta
 est casuale dictionis exceptiue. vt ly sortes. Et illud res-
 pectu cuius fit exceptio est predicatum vel equivalentis pre-
 iacentis: vt ly currrens. Insuper est notandū q̄ ille ter-
 minus nisi quandoq; tenetur exceptiue quandoq; condi-
 tionaliter: exceptiue vt in exemplis predictis: conditionaliter
 quando coniungit propositiones. Et tunc exponitur
 per cōditionales duas: vt impossibile est sor. videre nisi ha-
 beat oculum: primo significat: q̄ impossibile est sortem vi-
 dere si non habeat oculum. Secundo significat q̄ si sor.
 habet oculum possibile est videre ipsam. Et sic exponen-
 do ly impossibile notat modificationem solum terminari
 in ly sortem videre. Et sic est talis neganda. Si vero infe-
 ratur modificatio i vtrāq; compositionez conceditur illa.
 Impossibile est sortes videre nisi habeat oculum. Et tūc
 sic exponitur. Impossibile est sor. videre si non est possibi-
 le vel si sit impossibile q̄ sortes habeat oculum: & si sit pos-
 sibile q̄ sortes habeat oculum possibile est sine non est i-

possibile q̄ sortes videat. Sed illa dicitio preter aliquādo
 tenetur exceptiue proprie & aliquādo improprie. Impro-
 prie tripliciter tenetur: videlicet negatiue: additiue: & sub-
 tractive: negatiue: vt sortes preter platonem currit: & hoc
 est sortes currit & plato non currit cum eo: vel sic dicendo
 sortes potest lenare. a. lapidem preter alterius auxilium
 vbi capiatur ly preter pro sine. Additiue tenetur cum dicitur
 sortes debet soluere decem libras preter expensas: vlt
 cum dicitur ille famulus recepit a domino suo annuatim
 centum soldos preter vestes: vbi ly preter connotat ad-
 ditionem. Sed subtractiue tenetur cum dicitur. Sortes
 debet soluere decem libras preter hoc q̄ soluit: vel decez
 preter quinq; sunt quinq;. vbi ly preter denotat subtra-
 ctionem. Et est sensus si a decē remoueat quq; remane-
 rent quinq;. Ad hoc autem q̄ ly preter teneatur excep-
 tiue proprie quatuor requiruntur. Primo q̄ illud a quo
 fit exceptio sit terminus cōmunis supponens confuse et
 distributiue. Secundo requiritur q̄ pars extra capta sit
 terminus inferior ad eundem terminum a quo fit excep-
 tio. Tertio requiritur q̄ idem terminus verificet de par-
 te extra capta. Et quarto requiritur q̄ nō tot excipiantur
 quot supponuntur. Ex primo sequitur q̄ iste sunt i p-
 prie aliquis homo preter platonem currit: aliquod animal
 preter brunellam disputat. Ex secūdo sequitur q̄ iste
 sunt improprie: omnis homo preter omnem hominem
 currit: omnis homo preter animal currit: omnis homo p-
 ter risibile currit: omnis homo preter brunellum currit.
 ideo non sequitur omne animal preter brunellum currit
 sed omnis homo est animal igitur omnis homo preter
 brunellum currit. Ex tertio sequitur q̄ iste sunt impro-
 prie omnis homo preter antichristū est animal: nulla chy-
 mera preter istam chimeram currit. Ex quarto & vlt-
 timo sequitur q̄ iste sunt improprie omnis sol preter istū
 solem lucet: nullus sol. preter istū solē lucet.

Jam pro exponentibus ^{exceptiue ē}
 notandum: q̄ quecūq; exceptiua propria ratione termini
 exceptiui exponenda exponi debet s; in exigentiam termi-
 ni exceptiui. Aliter enim expōitur propositio exceptiua p-
 mi ordinis & aliter exceptiua secūdi ordinis.

Propositio ^{enim exceptiua p:mi ordinis ē}
 illa in qua terminus a quo fit ex-
 ceptio & pars extra capta ponuntur in eadem parte ora-
 tionis vt omnis homo preter sor. currit: nihil nisi de^o scit
 omnia. Preter sor. nemo currit. nemo preter sortem cur-
 rit: nec refert si pars extra capta precedit terminū a quo
 fit exceptio vel subsequitur immediate dūmodo ponantur
 in eadem parte propositionis.

Propositio ^{exceptiua secūdi ordinis dicitur}
 esse illa in qua terminus a quo
 fit exceptio & pars extra capta non ponuntur ex eadē par-
 te propositionis: immo inter ea mediat copula principa-
 lis vt omnis homo currit preter sor. nemo scit omnia nisi
 sor. De his oībus successiue descendendo dicam. Et pri-
 mo de exceptiua affirmatiua p:mi ordinis vnde genera-
 liter loquendo quelibet exceptiua affirmatiua p:mi ordi-
 nis per tres propositiones est exponenda quarum. Pri-
 ma debet esse negatiua in qua illud respectu cuius fit exce-
 ptio negatur a parte extra capta. Secunda debet eē vna
 affirmatiua in qua terminus a quo fit exceptio affirmatur
 de parte extra capta. Tertia erit preiacens exceptiue ad-
 dendo illi a quo fit exceptio oppositum termini extra ca-
 pti. verbi gratia. Ista propositio: omnis homo preter sor-
 tem currit exponitur sic: sor. non currit & sortes est homo
 & omnis homo non sortes currit. Similiter illa tu vides
 omnem hominem preter sor. Exponitur sic. tu non vides
 sor. & sor. est homo & tu vides omnem hominem nō sor.
 Unde est notandum q̄ negatio infinitans terminū ex-
 tra captum infinitabit in comparatione ad uerbum ut sic
 dicendo: omnis homo non albus currit: infinitabitur ille
 terminus non albus pro omni homine qui est vlt qui erit

albus: ita quod sequitur omnis homo non albus curret ergo omnis homo qui est vel qui erit non albus curret. Et si omnis propositio non vera potest esse falsa: tunc omnis propositio que potest esse non vera potest esse falsa et sic de alijs. Notanter dico quod propositio exceptiva primi ordinis debet habere tres exponentes: quia si non haberet nisi duas sequeretur quod aliqua esset consequentia formalis que aliquando non valebit sic significando: proba: et capio istas exceptivam propriam: omnis homo preter sortem currit. supponendo quod sortes sit non currens et omnis homo non sortes currat: deinde si sibi sufficiunt due exponentes assigno istas que a valentibus dantur: sortes non currit et omnis homo non sortes currit: tunc arguitur sic. Iste sunt exponentes sufficientes illius exceptive date et cum ab exponentibus oib' ad expositum sit forma formalis, sequitur quod ista est forma formalis. Sortes non currit et omnis homo non sortes currit ergo omnis homo preter sortem currit: et tamen certum est quod aliquando non valebit. scilicet post corruptionem sortis: quia tunc exceptiva illa non erit propria cum pars extra capta non erit suppositum singulare illius termini homo quia qua ratione illa tunc esset propria eadem ratione et ista omnis homo preter antichristum est animal est modo propria: et sic aliqua est exceptiva propria que non repugnat suo preiacenti quod est inconueniens in hac materia. Et quod illud sequitur patet: quod b est huiusmodi omnis homo preter antichristum est animal: ut patet per exponentes: videlicet antichristus non est animal et omnis homo non antichristus est animal. et sic ipsa est vera et etiam ei preiacens est vera videlicet omnis homo est animal ergo propositum. Sed b dicunt quidam quod b omnis homo preter sortes currit sic exponitur. Sortes non currit et omnis homo alius a sorte currit. Et sic ratione illius termini alius non sequitur inconueniens deductum. Sed contra ex ista responsione sequitur quod aliqua exceptiva est falsa cuius quelibet exponens est vera: proba et pono quod nulla mulier currat. nec sortes masculus: et quod quelibet alius masculus currat. Iste posito patet quod hec est falsa: omnis homo preter sortes currit: quia nulla mulier currit: et omnis mulier est homo non sortes: et tamen quelibet exponens est vera: prima est vera ut patet. Secunda similiter: quia alius a sorte currit. et non est homo alius a sorte quin ille currat. Forte propter illud argumentum dicitur quod illa secunda exponens non sufficienter datur: sed talis debet esse: omnis homo alius a sorte currit: vel omnis homo differens a sorte currit. Et sic non sequitur illud inconueniens.

Contra istam responsionem arguitur sic: per idem sequitur quod b: nihil preter sortem currit et quecumque exceptiva debet exponi consimiliter ratione aletatis vel differentie: ut sortes currit et nihil aliud a sorte currit. Sed contra ex ista sequitur quod b consequentia est bona sortes curret et nihil aliud a sorte curret. ergo nihil preter sortem curret. Et quod non valeat probatur: et pono sicut alias posui quod sortes curret et nihil quod erit tempore sortis curret: sed quod post corruptionem sortis alia a sortis que erunt currunt isto posito: pro veritate aeternis. Et quod consequens sit falsum: proba: quia sequitur nihil preter sortes curret igitur tantum sortes curret: consequens est falsum: quia non omnia currentia erunt sortes: ergo et antecedens. Similiter ex ista responsione sequitur quod nullum instans preter illud instans erit demonstrato vno instanti futuro: quod est manifeste falsum. Et quod b sequitur patet: quia hoc instans erit et nullum instans aliud ab hoc erit quod verum est ut patet intuitu. Sed forte dicitur quod licet expositio talis non teneat cum verbo de preterito vel de futuro tamen bene tenet cum verbo de presenti.

Contra istam responsionem adhuc arguitur: et pono quod a. desinat esse et desinat esse verum per remotionem de presenti. et quod b. incipiat esse et desinat esse verum per positionem de presenti. Et quod nulla propositio incipiat vel desinat esse vera nisi a. vel b. Iste posito ista consequentia non valet. a.

desinat esse verum: et nihil aliud ab a. desinat esse verum. ergo nihil preter a. desinat esse verum. Et quod non valeat patet: quia antecedens est verum: ex quo b. non est nec desinat esse aliud ab a. Et quod consequens sit falsum patet: quia sua exclusiva est falsa tantum a. desinat esse verum: ex quo non omne quod desinat esse verum est vel desinat esse a. Exponendo exceptivam primi ordinis ut prius dicebatur sequitur impossibilitas talium propositionum. omnis homo preter sortem et platonem currit: omnis homo preter istos duos homines est in anglia: omne animal preter omnem hominem currit. Et quod quelibet illarum sit impossibilis. proba: quia sequitur omnis homo preter sortem et platonem currit: ergo omnis homo non sortes et plato currit: et sortes et plato est homo: patet consequentia ab exceptiva affirmativa ad duas suarum exponentium. Tunc ultra omnis homo non sortes et plato currit: et sortes et plato est homo igitur sortes est homo non sortes et plato: et per consequens ipse currit cuius oppositum ponit prima exponens. Eodem modo potest argui de platone quod ipse currit. Impossibilitas secunde propositionis consimiliter probatur: quia sequitur: omnis homo preter istos duos est in anglia: igitur isti non sunt in anglia et omnis homo non isti duo est in anglia et cum quelibet istorum sit homo non isti duo: sequitur quod quelibet istorum est in anglia quod repugnat prime exponenti. Consimiliter improbatu tertia propositio: sequitur enim omne animal preter omnem hominem currit. ergo omne animal non omnis homo currit. Tunc ultra omne animal non omnis homo currit. Sed omnis homo est homo non omnis homo. ergo omnis homo currit: cuius oppositum ponit immediate prima exponens exceptive.

Propositio exceptiva affirmativa secundi ordinis est consimiliter per tres propositiones exponenda quarum prime due sunt synonyme cum prioribus: et tertia est preiacens exceptive: addendo illi termino respectu cuius fit exceptio oppositum termini extra capti. verbi gratia: hec propositio omnis homo currit preter sortem sic exponitur. sortes non currit: et sortes est homo: et omnis homo est currens non sortes. Ex quo patet quod ipsa est impossibilis: quia ex vna exponentium: sequitur formaliter contradictorium alterius: sequitur enim omnis homo est currens non sortes sed sortes est homo per secundam exponentem: igitur sortes est currens non sortes: quod repugnat prime et secunde exponenti: probatur: quia sequitur sortes est currens non sortes: igitur sortes est currens et sortes est non sortes quare etc.

Propositio exceptiva negativa primi ordinis est etiam per tres exponentes exponenda quarum prima est vera affirmativa in qua illud respectu cuius fit exceptio affirmatur de parte extra capta. Secunda est vna propositio affirmativa in qua oppositum termini extra capti affirmatur de illo a quo fit exceptio vel saltem est vna propositio de secundo adiacente in qua hoc verbum predicatur de termino aggregato ex illo a quo fit exceptio et opposito termini extra capti. verbi gratia: hec nullus homo preter sortes currit: sic exponitur: sortes currit et aliquis homo non sortes est: et nullus homo non currit. Ex quo patet statim quod hec est impropria et falsa. Nullus sol preter istum solem lucet: eo quod secunda exponens est falsa. videlicet aliquis sol non iste sol est: quia iste sol est omnis sol: unde non sequitur: nihil preter istum solem lucet ergo nullus sol preter istum solem lucet. Sed oporteret sumi in minori quod aliquis sol non iste sol est vel aliquis sol non est non iste sol quod est falsum. Item non debeo tibi nisi in vno denario exponitur sic ego debeo tibi in vno denario et aliquis non vnus denarius est et ego non debeo tibi in aliquo non vno denario. igitur etc. Et isto modo posset concedi quod debeo tibi in viginti denarijs: et

tam enim non teneor tibi nisi in vno denario. Item sortes non fecit platonem nisi bene: exponitur sic. Sortes fecit platonem bene et aliquid non bene vel non bonum est: et sortes non fecit platonem aliquid non bene vel sortes non fecit platonem aliquid modo quo modo non fuit bene. Sed bene carneas ut in principio dicebatur quando fit exceptio ratione expositionis conditionalis quia tunc non est seruandus consimilis modus exponendi: ymo solet exponi cum conditionalibus quare una est ex opposito antis ad oppositum consequentis alterius: ut si sortes decipitur nisi ipse decipatur exponitur sic: si sortes non decipitur sortes decipitur et si sortes decipitur sortes non decipitur. Similiter tu male respondes nisi sit ita quod male respondes: exponitur sic. Si sit ita quod male respondes: non male respondes: et si non sit ita quod male respondes male respondes. Similiter non dabo tibi denarium nisi venias ad me: exponitur sic. Si venias ad me dabo tibi denarium: et si non venias non dabo tibi denarium: sic tamen quod si non sumitur ita stricte pro nota consequentie: quia sic omnes tales conditionales essent impossibiles. Si bene me doces dabo tibi tantum: et si non bene me doces non dabo tibi tantum: sed ponitur talis conditio quasi restrictio dicitur: verumtamen quamlibet talium posses negare tanquam impossibilem dicendo quod quilibet illarum est una conditio talis falsa etc. In talibus enim ab inferiori ad summum superius cum dictione exceptiua non tenet formaliter consequentia. Unde non sequitur: non habebis denarium nisi dicas illam deus est et ipsa est vera: igitur non habebis denarium nisi dicas verum. Ex prioribus sequitur impossibilitas talium propositionum. Ego non dedi tibi nisi quatuor denarios. Ego non video nisi tres homines. In archa noe non fuerunt nisi octo animalia. In mensa christi non fuerunt nisi duodecim apostoli. Ego non duravi nisi per istam horam. Ego non pertransibo nisi istud spatium. Prima enim sic exponitur. Ego dedi tibi quatuor denarios et aliqua vel aliquid non quatuor denarii sunt vel fuerunt et ego non dedi tibi non quatuor denarios quod repugnat prime exponenti: quia sequitur non dedi tibi non quatuor denarios: igitur non dedi tibi vnum denarium: et per consequens non dedi tibi quatuor denarios. Et sic ut improbat illa prima ita improbatur quilibet aliarum. Uerumtamen posito quod sortes sit sophista geometra musicus et sic de alijs artibus concedo quod sortes non est nisi sophista quia sortes est sophista et aliquid non sophista est: et sortes non est aliquid non sophista: et hoc est verum licet adhuc sortes sit musicus geometra: et sic de alijs: quod ipse sophista non differt a se ipso musico nisi forte diceretur quod ratione differt: quia alia est ratio quare ipse est sophista et alia est ratio quare ipse est musicus etc.

Propositio exceptiua

negatiua
secundi ordinis
habet consimiliter exponi per tres exponentes quarum due dicte sunt in expositione negatiue primi ordinis. Sed tertia exponens debet esse preiacens eiusdem addendo illi respectu cuius fit exceptio oppositum termini extra capti: verbi gratia nullus homo currit nisi sortes: sic exponitur. Sortes currit et aliquis homo non sortes est: et nullus homo est currens non sortes. Similiter nihil scit omnia nisi deus exponitur consimiliter: deus scit omnia et aliquid non deus est: et nihil scit omnia quod non est deus et sic de alijs.

De regulis quibusdam pertinentibus ad propositiones exceptiuas.



His cuiuscumque exceptiue tam affirmatiue quam negatiue modis probandi et exponendi. Restat consequenter: regulas in hac materia particulariter tractare. Et antequam aliqua earum ponatur. Primo sciendum quomodo termini exceptiue supponunt: pro quo

Primo est sciendum quod cuiuscumque exceptiue aggregatum ex termino a quo fit exceptio et opposito termini extra capti supponit mobiliter in comparatione ad totum predicatum. Unde sequitur omnis homo preter sortem currit iste est homo non sortes: ergo ille currit. Et sic de alijs. Similiter nullus homo preter sortem currit. Iste est homo non sortes: ergo ille non currit. Et sic de alijs. Quo ad suppositionem termini extra capti potest regulariter observari quod cuiuscumque exceptiue pars extra capta capax non aliunde confusa in comparatione ad terminum respectu cuius fit exceptio stat confuse tantum: ut patet hic: nullum animal preter hominem currit: non enim sequitur ex hoc copulatiue nec disunctiue quod nullum animal preter sortem currit: vel nullum animal preter platonem currit. Et addo illum terminum capax quia quandoque est terminus extracaptus terminus discretus qui non est capax talis confusionis ut hic: omnis homo preter illum currit. Et addo similiter illum terminum: non aliunde confusa: quia ratione signi additi et quandoque gratia manet stat terminus extracaptus mobiliter ut patet in istis exemplis. Sequitur enim nullum animal preter omnem hominem currit plato est homo: igitur plato currit: sequitur similiter nullum animal preter hominem est animal rationale sortes est homo: igitur sortes est animal rationale. Quo ad suppositionem termini respectu cuius fit exceptio est notandum: quod cuiuscumque exceptiue talis terminus capax non aliunde prohibitus: supponit mobiliter vel in comparatione ad terminum extra captum: vel ad infinitum eiusdem: verbi gratia. In exceptiua affirmatiua supponit terminus a quo fit exceptio mobiliter in comparatione ad infinitum termini extra capti: ut si omnis homo preter sortem currit et hoc est currens: igitur hoc est non sortes. Sed in exceptiua negatiua supponit mobiliter in comparatione ad terminum extra captum: ut si nullum animal preter sortem currit: et hoc animal currit: igitur hoc animal est sortes: verumtamen in vniuersali affirmatiua predicatum stat confuse tantum in comparatione ad totum aggregatum ex subiecto preiacentis et opposito termini extra capti: ut omnis homo preter sortem currit: supponit ly currens confuse tantum in comparatione ad ly homo non sortes. Sed in exceptiua negatiua supponit predicatum confuse et distributiue in comparatione ad idem aggregatum: ut nullus homo preter sortem currit hac notatione premissa sit. Et hoc regula prima: quod omnis propositio vniuersalis in parte vera et in parte falsa potest verificari per exceptionem partem false vel partem falsarum: ut si hec est falsa omnis homo currit pro sorte poterit verificari talis: omnis homo preter sortem currit. Et si hec falsa: nihil currit: solus pro sorte verificabitur talis nihil preter sortem currit. Et si talis vniuersalis fuerit falsa pro multis singularibus debet fieri exceptio talium falso: singularium per disunctionem vel per terminum partium: quia nimis longum foret numerare singularia falsa: ut patet in istis omnis homo preter sortem vel platonem est philosophus: vel omnis homo preter aliqd istorum demonstrando mulieres est masculus: vel omnis res intellecta preter illas que non potest esse est possibilis.

Contra istam regulam

Arguitur sic. Nulla propositio est in sua parte: igitur nulla propositio est in sua parte vera vel falsa. Et si dicitur quod non dicitur in sua parte sed in parte: contra quecumque vel cuiuscumque sit illa pars notum est quod illa non est eadem propositio vera vel falsa: nec potest poni quod propositio vniuersalis sit vera in vna sua singulari et in alia falsa: quia vniuersalis nullo modo est in sua singulari. Similiter etiam aliqua talis propositio est impossibilis: igitur non potest verificari per exceptionem. Secundo nam data regula sequitur hec conclusio. omnes homines qui sunt rome preter sortem: vides et tamen non vides aliquem hominem:

nec aliquos homines: probo et pono quod rome sunt decem et noue mulieres et non plures quas vides: et quod inter eas sit sortes masculus quem non vides: et nullus alius sit rome masculus nisi sortes. Isto posito hec vniuersalis omnes homines qui sunt rome vides est falsa et hoc solum pro sorte: ergo potest verificari per exceptionem: sed non aliter quam sic: omnes homines qui sunt rome preter sortem vides ergo prima pars conclusionis vera et secunda similis est vera ut patet in casu. Tertio sequitur hec conclusio quod nihil preter sortem definit esse album et viginti sunt homines albi et tamen immediate post hoc in istis presens non erunt aliqui homines albi: hec prolo sic probatur: et pono quod decem et noue mulieres sunt albe inter quas sit sortes albus et quod si sint plura animalia alba quam ista assignata: ymo nec aliqua alia entia et quod sortem definit esse albus et nulla mulier definit esse alba. Isto posito hec propositio vniuersalis est falsa: nihil definit esse album: solum modo pro sorte: ergo potest verificari per exceptionem sorte: sic dicendo sorte definit esse albus: et sic habet prima pars conclusionis. Secunda etiam patet ex casu: presupposito quod masculinum genus concipiat femininum in numero plurali: ut ceteri grammatici dicunt. Tertia pars etiam patet: quia immediate post hoc non erit aliquis homo albus ergo non immediate post hoc erunt aliqui homines albi.

Ad ista argumenta respondetur. Ad primum dico quod verbaliter concludit verum: quia non est possibile aliquam propositionem esse mixtam veram et falsam: sed talis est intellectus quod quocumque est vniuersalis aliqua habens aliquas singulares veras et aliquas falsas: ex similibus terminis potest fieri exceptio vera excipiendo illa singularia falsa: non quidem vltis fiat vera: nec quod eius significatum fiat verum sed vna exceptio sibi correspondens et sic intelligendo regulam: argumentum non procedit. Ad secundum dicitur breuiter negando consequentiam: et tunc admissio casu dico quod si vniuersalis: omnes homines qui sunt rome vides: non est in parte vera et in parte falsa: eo quod nulla eius singularis est vera: quibuscumque enim demonstratis falsum est quod istos qui sunt rome vides: modo vniuersalis simpliciter falsa in qualibet eius singulari non potest verificari per exceptionem. Ex ista enim exceptio omnes homines qui sunt in anglia vel rome preter sortem vides sequitur immediate quod aliquos homines vides cuius oppositum ponit secunda pars conclusionis. Ad tertium concedo rationem adductam. Sed contra primam partem conclusionis arguitur sic: viginti homines definiunt esse albi: ergo falsum est quod nihil preter sortem definit esse album: consequentia patet et antecedens probatur: quia viginti homines nunc sunt albi et non immediate post hoc erunt viginti homines albi igitur et consequentia patet ab exponentibus ad expositum. Ad huc dicitur negando consequentiam: nec arguitur ab exponentibus ad expositum: quia hec propositio viginti homines definiunt esse albi non est exponibilis sed probabilis per suum singulare vnde iste vel ista definit esse album et sic ultra usque ad viginti. Consimiliter respondendum foret si poneretur quod x. homines videres et non plures et quod immediate post hoc tu videbis nouem et non plures: tunc isto posito concederetur quod solum vnus hominem definiis videre et negaretur quod decem definiis videre vel quod x. definiunt videri a te. Et si argueretur ut prius expositio negaretur consequentia. Ad hoc enim quod decem definias videre requiritur quod quolibet illorum definias videre quod falsum esset in casu illo.

Secunda regula principalis est ista quod omnis exceptio propria repugnat sue preiacenti ut omnis homo preter sortem currit: et omnis homo currit. Et causa est quia extali exceptio sequitur oppositum preiacentis formaliter. n. sequitur: omnis homo preter sortem currit: ergo sorte non currit: et sorte est homo: et per consequens non omnis homo currit. Et patet quod duo repugnantia possunt esse simul falsa: ut

omne animal preter hominem est rationale et omne animal est rationale recte: sicut duo contraria sunt simul falsa: ut omne animal est homo nullum animal est homo.

Contra istam regulam arguitur multipliciter: et primo sic: hec propositio est vera tu differs ab omni homine preterquam a te: et hoc etiam est vera tu differs ab omni homine quorum vna est preiacens et alia exceptio ergo et quod hec sit vera. Tu differs ab omni homine patet per suas exponentes. Et quod hec sit vera tu differs ab omni homine preterquam a te: probo quod tu non differs a te et tu es homo et tu differs ab omni homine non tu ergo et patet consequentia ab exponentibus ad expositum. Secundo arguitur sic hec propositio est vera: tu non differs nisi ab asino: et hoc etiam est vera: tu non differs ab aliquo: igitur et quod preiacens sit vera patet: quia suum oppositum est falsum. Et quod exceptio sit vera probo: quia tu differs ab asino et aliquid non asinus est: et tu non differs ab aliquo non asino ergo non differs nisi ab asino per consequentia et antecedens est verum: igitur et consequens. Tertio arguitur sic et pono quod cras non videbis sorte. sed bene omnium hominum a sorte: et quod post cras videbis sorte. et quocumque alios homines. Isto posito hec propositio est vera tu videbis omnes homines per casum. Et hec similiter est vera tu videbis omnes homines preter sortem: ergo exceptio et suum preiacens non repugnat. Et quod illa sit vera tu videbis omnes homines probo: quia post cras tu videbis omnes homines igitur et quod tu videbis omnes homines preter sortem probo: quia cras videbis omnes homines preter sortem igitur et consequentia patet et antecedens probatur: quia cras non videbis sortem et cras sorte erit et cras tu videbis omnes homines non sorte: ergo consequentia patet ab exponentibus ad expositum et antecedens est verum igitur et consequens. Quarto arguitur sic et pono quod nulla propositio sit aliquid: tunc arguitur sic hec propositio est vera: nihil scitur nisi verum: ut patet. Et hec similiter est vera: nihil scitur: quia solum modo propositio scitur que nihil est ut ponit casus. Similiter hec est vera: ex veris non sequitur nisi verum per communes regulas. Et similiter hec est vera. Ex veris non sequitur aliquid: quia ex veris non sequitur nisi propositio que non est aliquid: ergo exceptio et suum preiacens repugnat ex quo sunt simul vera. Quinto arguitur sic: et pono quod sortes et plato et cicero sunt omnes homines: et quod plato excipitur ab aliquo actu sic quod sedeat et non disputet: et excipitur cicero solum ab actu sedendi: sic quod disputet et non sedeat: et pono etiam quod sortes non excipitur ab aliquo actu sic quod sedeat et disputet simul: quod posito patet quod hec est vera: omnis homo preter sortem excipitur. Et hec similiter est vera omnis homo excipitur: igitur et quod preiacens sit vera probo: quia omnis homo non sortes excipitur per casum: et quod sortes excipitur probo: quia sortes est pars extracapta igitur excipitur.

Ad hec respondetur Ad primum concedo illam tu differs ab omni homine preterquam a te. Et concedo illam similiter tu differs ab omni homine. Et si arguitur consequenter quod exceptio et suum preiacens non simul repugnant: concedo conclusionem de exceptio impropria: de exceptio propria nego: vnde illa propositio: tu differs ab omni homine preterquam a te: est impropria: quia pars extra capta non excipitur a termino stante stante et distributive mobili quod tamen oportet si exceptio deberet esse propria patet enim quod ly homine stat confuse tamen vel determinate ratione duorum signorum precedentium. Ad secundum respondeo negando illam: Tu non differs nisi ab asino: Et ad eius probationem nego consequentiam: nec arguitur ab exponentibus ad expositum. sed tertia exponens debet esse ista a nullo non asino differs: quod falsum est: quia capra differs et capra est aliquid non asinus. Vel aliter potest responderi concedendo illam et suum preiacens et

ex hoc nihil sequitur contra regulam: quia talis exceptiva est in propria: eo quod ille terminus aliquo subintellecto non stat mobiliter ut prius dicebatur. Ad tertium concedo quod libet illarum: Tu videbis omnes homines: et videbis omnes homines preter sortem. Et si ex hoc inferatur quod exceptiva et suum preiacens sunt simul vera: nego consequentiam: quia illa tu videbis omnes homines: non est preiacens illius exceptivae sed illa: cras tu videbis omnes homines quod falsum est: et causa est quia ista exceptiva tu videbis omnes homines preter sortem: non habet immediate exponit sed resolvi in duo demerata instantis vel temporis: sic arguendo. Cras tu videbis omnes homines et cras est vel erit aliquando ergo etc. Ad quartum admissio casu concedo quod nihil scitur nisi verum: et quod ex veris non sequitur nisi verum: et concedo similiter earum preiacentia: sed non concedo quod ille sint exceptivae proprie: primo quia pars extracapta non est terminus inferior ad terminum a quo fit exceptio: quia ly verum sumitur nominaliter ibidem et pro propositione vera: et dum sic sumitur non est terminus inferior nec superior ad illum terminum aliquid. Vel aliter dicitur quod ly verum sit terminus inferior ad ly aliquid tamen quod de ipso non verificatur ly aliquid dum sumatur pro propositione vera. Ideo exceptiva illa est impropria sicut ista: ois suba preter chymeram est: quia ly ly chymera sit terminus inferior ad ly suba: tamen quia ly suba de eodem non verificatur ideo exceptiva est impropria. Ad ultimum pro respondetur negando illam tanquam impossibilem omnis homo preter sortem excipitur: et nego similiter casus: quia claudit opposita: quia si sortem: non excipitur: igitur agit quicquid agit plato et cicero: ex quo a nullo actu excipitur per casum: et per consequens stat iacet et ambulat quod est impossibile. Uerum tamen admissio casu gratia disputationis nego quod omnis homo excipitur. Et quando dicitur omnis homo non sortem excipitur: concedo: sed nego quod sortem excipitur. Et quando arguitur pars extracapta excipitur sed sortem: est pars extra capta: igitur excipitur: concedo consequentiam et nego minorem: licet enim ly sortem sit pars extra capta et excipitur non tamen sortem est pars extra capta ex quo pars extra capta non est nisi terminus exceptivae per dictionem exceptivam quae etc.

Tertia regula principalis est ista. Ab exceptiva propria affirmativa vel negativa ad exclusivam affirmativam vel negativam apertius assignandam est consequentia sortem malis: haec regula patet quia exponentes exclusivae affirmativae vel negativae sunt due exponentium exceptivae affirmativae vel negativae ut patet intuitu.

Sed contra istam regulam arguitur sic: Ista consequentia non valet: omnis homo preter sortem currit: ergo tamen sortem non currit: et hoc arguitur per regulam ergo. Et quod consequentia non valet probatur: et pono quod nihil currat nisi homo et quod sortem non currat sed omnis homo differens a sortem currat. Iste posito patet quod antecedens est verum per suas exponentes. Et quod consequens sit falsum probatur: quia sequitur tantum sortem non currit ergo quilibet non sortem currit: quia arguitur ab exposita ad unam suarum exponentium: et consequens est falsum et contra casum igitur. Secundo arguitur sic haec consequentia non valet: omne ens preter subam est accidens: igitur tamen suba non est accidens: ergo antecedens probatur: quia antecedens est verum ut patet per exponentes et consequens est falsum: probatur: quia sequitur tamen suba non est accidens: igitur tamen aliquid non est accidens: consequentia patet: quia arguitur ab inferiori ad suum superius dictione exclusiva ad data suba: quia bene sequitur tamen homo non currit igitur tamen animal non currit et sic de alijs: modo sequens est falsum ergo et antecedens. Et quod consequens sit falsum patet: quia sequitur tamen aliquid non est accidens: igitur quodlibet non aliquid est accidens: consequens includit contradictionem et consequentia patet ab exposita etc. Tertio arguitur sic: quia ab exceptiva negativa ad suam exclusivam affirmativam non valet consequentia: quia non sequitur: nullus homo preter sortem currit: igitur tamen sortem currit: posito quod

sortem currat et multi asini et quod nullus homo alius a sorte currit. Iste posito antecedens est verum per exponentes et consequens falsum: quia sequitur: tamen sortem currit ergo nihil quod non est sortem currit: quod est contra casum: quia aliquis asinus currit qui est aliquid non sortem. Quarto arguitur sic: Ista consequentia non valet: nullum animal est quodlibet istorum preter sortem: demonstratis omnibus hominibus: igitur tamen sortem est quodlibet istorum et hoc arguitur per regulam igitur etc. Quod consequentia non valet probatur: quia consequens est falsum: ut patet et antecedens verum: probatur: quia nec hoc animal est quodlibet istorum preter sortem: nec hoc animal nec hoc nec sic de singulis: igitur nullum animal est quodlibet istorum preter sortem: si tamen suum contradictorium est falsum videlicet aliquid animal est quodlibet istorum preter sortem: igitur ipsa exceptiva vera. Ad primum dicitur negando consequentiam: nec arguitur ab exceptiva ad suam exclusivam sibi correspondentem sed debet talis inferri exclusivam de specie humana tantum sortem non currit: et hoc est verum in illo casu: quia de specie humana sortem non currit et de specie humana quodlibet non sortem currit. Causa autem quare datur talis exclusivam est quia precise pro tot debet fieri exclusio in exclusivam pro quot fit exceptio in exceptiva sed sic non est in proposito: quia in exceptiva ista excipitur a non cursu. Omnis homo non sortem sed in exclusivam excluditur a non cursu quodlibet non sortem. Ad secundum dicitur concedo consequentiam et consequens: Et ad improbationem consequentis nego consequentiam: Et tunc ad regulam dico quod debet intelligi solum in linea predicamentali et non extra. Ita quod arguendo ab inferiori ad suum superius in terminis transcendentibus non valet consequentia et hoc negative: affirmativae semper valet: sequitur enim tantum homo currit: igitur tantum aliquid currit. Ad tertium dicitur negando consequentiam nec arguitur per regulam: quia pro pluribus fit exclusio a parte exclusivae quam fiat exceptio a parte exceptivae. Sed talis debet inferri exclusivam tantum sortem est aliquid homo currens: vel tantum sortem est homo masculus currens. Ad quartum dubito consequentiam: eo quod in antecedente ly sortem potest excipi ab illo termino ens istorum vel ab illo termino animal: primo modo nego consequentiam: nec arguitur ab exceptiva ad exclusivam: eo quod antecedens non est una exceptiva sed universalis negativa simpliciter de inesse que per sua singularia vel per suum contradictorium habet probari. Secundo modo concedo consequentiam: et nego antecedens: quia statim sequitur nullum animal est quodlibet istorum preter sortem: igitur sortem est quodlibet istorum quod est impossibile. Et tunc ad probationem dico quod nulla talis exceptiva est per suas singulares probabilis: quia terminus sub quo descenditur stat confuse et distributive immobiliter: modo sub tali termino non contingit descendere. Ulterius ad aliam probationem dicitur quod non recte datur contradictorium illius exceptivae: eo quod talis propositio assignata est una indefinita: modo exceptivae proprie non contradictorianatur indefinitis vel particularibus quoad modum et alie propositiones de inesse. Ideo contradictorium exceptivae debet dari per negationem prepositam toti: ut contradictorium illius omnis homo preter sortem currit est hoc: non omnis homo preter sortem currit quod non significat quod aliquid homo preter sortem non currit: sed significat quod non est ita quod omnis homo preter sortem currit. Eodem modo est dicendum in proposito quod contradictorium illius: nullum animal est quodlibet istorum preter sortem non est contradictorium datum sed illud non nullum animal est quodlibet istorum preter sortem: quod quidem nulli particulari vel indefinite equipollet.

Quarta regula est ista quod ab exclusivam affirmativa vel negativa ad exceptivam affirmativam vel negativam sibi correspondentem cum debito medio est bona consequentia. Sequitur enim tantum homo currit et homo est aliquid: ergo nihil preter hominem currit. Similiter sequitur: tantum sortem non currit et sortem est aliquid: igitur omne ens preter sortem currit. Et notanter dico cum debito medio: quia non sequitur tamen iste solus

aliquis sol lucens ergo nullus sol preter istum solem lucens. Antecedens est verum ut patet per se et per ipsum et falsum eo quod statim sequitur quod alius sol non iste sol est quod est falsum. Si vero non sequitur tamen chimera non est ergo omne ens preter chimeras est: quod asinus est verum ut patet per eius exponentes et per se falsum: quod statim sequitur quod chimera sit aliquid: quod est falsum. In primo enim prima debet sumi per medio quod alius sol non iste sol est. Et in secunda quod chimera est aliquid: et si sic fieret procederet quibus illarum consequentiarum et negaretur utraque minor. Et si queritur quomodo de universaliter inveniri tale medium dico quod semper sumenda est pro medio secunda exponens exceptive inferre: et sic arguendo prima se erit bona.

Contra istam regulam

no quod a. sit illa dens est: et b. illa homo est animal: tunc sequitur per regulam quod hec consequentia est bona tamen a. istorum est verum quod non est b. demonstratis. a. et b. per se istorum: et a. istorum est aliquid ergo nihil preter a. istorum est verum quod non est b. Et quod non valeat probare: quod antecedens est verum et consequens falsum: quod antecedens est verum probare: quod omne verum quod non est b. est a. ergo tantum a. est verum quod non est b. patet consequentia ab universaliter ad suam exclusivam. Et quod consequens sit falsum probare: quod sequitur nihil preter a. istorum est verum quod non est b. igitur nihil non a. istorum est verum quod non est b. et consequens est falsum: quod aliquid non a. istorum est verum quod non est b. probare: quod b. istorum est verum et b. est aliquid non a. quod non est b. ergo aliquid non a. istorum est verum quod non est b. Tertio arguitur sic non sequitur tamen hominis est asinus et homo est aliquid: igitur nihil preter hominem est asinus: cum antecedens sit possibile et consequens impossibile quia ex ipsis sequitur quod homo est asinus: nec etiam potest dici quod ex eodem antecedente sequatur quod nullus rei preter hominem est asinus: quod ad hunc sequitur idem inconueniens. Tertio arguitur sic: ista consequentia non valet: tamen homo currit et homo: erit aliquid: ergo nihil preter hominem currit et hoc arguitur per regulam: igitur et cetera. Et quod illa consequentia non valeat probare: et pro no quod per totum istum annum usque ad b. instans current multa animalia et quod post b. instans non current nisi homo: et hoc bene scies: isto posito consequens est falsum ut patet. Et quod antecedens sit verum probare: quod tu scies quod tamen homo: scilicet currit: igitur tamen homo: currit: prima patet: quod nihil scit nisi verum si ergo tu scis quod tamen homo: currit: igitur verum est quod tamen homo: currit: antecedens patet: quod post b. instans tu scies quod tamen homo: currit. Quarto arguitur sic: Ex regula sequitur quod illa consequentia est bona tamen unus solus homo est homo et unus solus homo est aliquid: igitur nihil preter unum solum hominem est homo. Et quod non valeat probare: quod consequens est falsum ut patet ex quo mulier est homo et ipsa est aliquid non unus solus homo. Et quod antecedens sit verum probare: quod omnis homo est unus solus homo: igitur tamen unus solus homo est homo: consequentia patet et antecedens probatur: quod si non omnis homo esset unus solus homo sequerentur multe conclusiones. Prima est quod tu vides omnem hominem que plato videt: et plato videt omnem hominem existentem in illa domo et tamen tu non vides nisi medietatem hominum existentium in illa domo probatur consequentia: et pono quod in illa domo sint viginti homines quorum decem sint mulieres quas non videas et decem masculi quos videas videat tamen plato omnes illos viginti illo posito patet conclusio. Secunda conclusio est ista quod tu non es amicus cuiuslibet hominis existentis in illa civitate et tamen maxime diligis quolibet hominem existentem in illa civitate et a quolibet eorum maxime amaris: hec conclusio patet supposito quod tu sis amicus cuiuslibet masculi existentis in illa civitate a quorum quolibet maxime diligaris et quod tu sis inimicus cuiuslibet mulieris existentis in eadem civitate aquarum quolibet maxime odiaris isto posito patet conclusio. Tertia conclusio est ista quod impossibile est aliquem hominem scire a. propositio nem sic significando et tamen omnis homo scit illam: ut

posito quod nullus homo sit et quod aliqua mulier sciat illa que sit omnis homo: Et sic patet secunda pars conclusionis: prima pars conclusionis etiam patet eo quod implicat contradictionem aliquem hominem scire illa: quod sequitur iste homo scit illam ergo aliquid homo est. Et ulterius sequitur ipse scit illa: igitur nullus homo est: quod nihil scit nisi verum.

Ad hec omnia

respondetur. Ad primum concedo consequentiam: et consequens in casu illo. Et tunc ad improbationem consequentis nego quod aliquid non a. istorum est verum quod non est b. Et tunc ad probationem b. illorum est verum et b. est aliquid non a. quod non est b. igitur aliquid non a. istorum est verum quod non est b. nego consequentiam: quia in antecedente refertur relationum ad ly. a. sed in consequente ad ly verum. Ex illo enim antecedente sequitur solum quod aliquid non a. illorum quod non est b. est verum: et hoc conceditur. Et tunc negatur illa exclusiva: tamen a. istorum quod non est b. est verum: cuius universalis est hec. Omne verum est a. illorum quod non est b. que falsa est. Similiter dicitur respectu talium tamen tres sunt propositiones vere quarum nulla est a. posito quod solus essent quatuor propositiones vere quarum una esset a. Consimiliter respondetur ad illam tamen tres sunt homines hic intus quorum nullus est sor. Ad secundam dicitur quod non sequitur aliquid illorum consequentiam: quod sicut in exclusiva subiectum fuit terminus obliquus ita debet in exceptiva per extra capta id est talis exceptiva debet inferri nulli rei nisi hominis est asinus. Et si oppones omnimode vellet habere unam exceptivam denominatam aliquam vel preterquam: resolvatur tunc exclusiva de subiecto obliquo in exclusiva de subiecto recto. Et per illam modum intenderetur exceptiva denominata aliqua: verbi gratia: hec propositio: tamen hominis est asinus: debet sic resolveri tamen homo habet asinum: cuius exceptiva erit hoc nihil preter hominem habet asinum. Et sic istum modum loquendi potest concedi quod ab exclusiva ad suam universalitatem et econtra in terminis obliquis est bona consequentia: quod quidem alias erat exclusiva in una regula exclusivarum: unde idem est dicere cuiuslibet hominis asinus currit et omnis homo habet asinum currentem. Ideo cum illa universalis cuiuslibet hominis asinus currit convertitur illa exclusiva tantum habens asinum currentem est homo: et illa exceptiva nihil preter habens asinum currentem est homo: cum illa etiam universalis: quod quilibet contradictorium alterum est verum convertitur illa exclusiva tantum habens alteram partem veram est par contradictorium: et illa exceptiva nihil nisi habens alteram partem veram est par contradictorium: hoc enim universalis omne par contradictorium habet alteram partem veram convertitur cum illa universalis: quod quilibet contradictorium alterum est verum: hec etiam universalis. Quibus homini assimilatur asinus vel obedit bestia: convertitur cum ista: omnia homo habet similitudinem ad asinum sibi similem: vel habet bestiam obedientem: et per consequens talis erit exclusiva: tantum habens similitudinem ad asinum sibi similem vel habens bestiam obedientem est homo. Et talis sua exceptiva nihil nisi habens similitudinem ad asinum sibi similem vel bestiam obedientem est homo: hoc etiam omnem hominem videt asinus habet talem omnis homo videtur ab asino. Item omnem hominem preter sor. videtur: convertitur cum illa omnis homo potest videri a sor. Et patet quod hoc erit exclusiva secum convertibilis: tantum quod potest videri a sor. potest esse homo. Et hoc sua exceptiva nihil nisi quod potest videri a sor. potest esse homo. hoc etiam ab omni asino differt homo convertitur cum illa: omnis asinus ab homine differt. Cui equivalet hoc: tantum ab homine differens est asinus. Et hoc nihil nisi ab homine differens est asinus: hec etiam omni brutum videtur homo: convertitur cum illa: omne brutum est verum ab homine: et patet exclusiva et exceptiva eiusdem: et sic de ceteris quibuslibet. Ad tertium principale concedo prima: et nego asinus in casu illo. Et tunc ad probationem concedo quod tu scies quod tamen homo currit: et ex hoc non sequitur quod tamen homo currit. Et

si dicitur scis quod tamen non est: tamen homo est ulterius Et tunc dicitur medietatem medietatem tur quod tamen vides dicitur tamen homo pro tertio quot plura decem et procedit mille m quibus nunc C De R sibi con ne: quibus imbere positio aliqua cuius inestum anima est aliquid quia p sed pe cause homo aliqua hoc po quanto tur ad derat lib. pl est solum tum s dicitur eadem suba sibi e vel g coter tes q cipal dupl prin vna c predi ua aff est ri quo a aliqu de re rit qu qua p in q redu firm lis in tio p hom nas:

si dicitur: quod nihil scitur nisi verum: concedo: sed scis tu non scis quod tu homo currit vel curret sed bene scies: Ideo iam non est verum quod tu homo currit: sed bene verum erit quod tu homo curret. Ad quartum concedo consequentiam: Et ulterius nego quod omnis homo sit unus solus homo. Et tunc ad probationem in concedo omnes conclusiones adductas preter primam pro tertia parte: vnde tu non vides nisi medietatem hominum existentium in illa domo. quia tunc sequitur quod tu non vides aliquid nec aliqua que non sunt medietas hominum existentium in illa domo quod est falsum: quia tu vides duos homines qui sunt aliqua que non sunt medietas hominum existentium in illa domo. Si tamen poneretur pro tertia parte conclusionis quod tu non vides tot homines quot plato videt vel vides pauciores quam plato vel vides decem et non plures quam decem: prederet se: ymo iuxta hoc procedit quod mille homines currunt quod si prout moueri supposito quod mille mulieres currant. Concedit similiter quod homo danabitur qui nunquam erit dato quod una mulier danabitur et sic de alijs.

De re duplicatiuis.

Restat consequenter dicere de dictionibus reduplicatiuis que sunt in quantum de quantum: prout: finem quod hoc: et eis equiualentibus ratione quarum propositio aliqua dicitur reduplicatiua: licet non semper. Unde si dictio in quantum vel sibi consimilis potest dupliciter teneri negative vel positive: quando tenetur negative: tunc dicitur negationem cause inherente predicati vel subiecti. Et sic ad veritatem talis propositionis requiritur quod predicatum insit subiecto et quod non sit aliqua causa media inter predicatum et subiectum ratione cuius predicatum inest subiecto. Et illo modo hec est veritas: homo in quantum homo est homo: vel homo in quantum homo est animal rationale: quia homo est animal rationale et huiusmodi non est aliqua causa. Et quod si dictio possit teneri negative: per se: quia per se primo priorum per se et in quantum sunt idem: sed per se quando tenetur negative: quia dicitur negationem cause per inconuenientiam primo posteriorum. Et sic hec est vera homo per se est homo: quia huiusmodi homo est homo: non est aliqua causa. Si vero hec dictio in quantum positive teneatur hoc potest esse dupliciter: specificatiue vel reduplicatiue: quando tenetur specificatiue tunc determinat id cui additur ad certum modum vel rationem concipiendi vel considerandi: ut per se cum dicitur: ens in quantum mobile est subiectum libri physico: rum. Similiter cum dicitur ens in quantum ens est subiectum libri metaphisice. In istis enim tenetur in quantum specificatiue: quia determinat et specificat id cui additur ad certum modum concipiendi vel considerandi: eadem enim res potest multis modis considerari vel se quod subiectum est vel se quod est mobile et sic de alijs: quod si in quantum vel sibi equiualens tenetur reduplicatiue adhuc distinguitur dupliciter vel gratia concomitante vel gratia cause gratia concomitante: solet contra dicitur quod propositio in qua ponitur habet quatuor exponentes quare una est in qua predicatum principale de subiecto principali predicatur: secunda in qua terminus super quem cadit reduplicatio predicatur de subiecto principali: tertia in qua predicatum principale de termino reduplicato vel predicatur: quarta est una conditionalis ab illo super quem cadit reduplicatio ad predicatum principale. Et hoc intelligitur in reduplicatiua affirmatiua vnde ad veritatem istius: homo in quantum homo est risibilis requiritur quod homo sit risibilis quo ad primum: quod sit homo quo ad secundum: quod omnis homo sit risibilis quo ad tertium: et quod si aliquid est homo illud sit risibile quo ad quartum. Similiter de reduplicatiua negativa gratia concomitante: quia ipsa requirit quatuor propositiones ipsam exponentes quare una est in qua predicatum principale negatur a subiecto principali: secunda est in qua predicatum principale negatur ab illo super quem cadit reduplicatio vel: tertia est in qua terminus reduplicatus affirmatur de subiecto principali: et quarta est una conditionalis in qua ab illo super quem cadit reduplicatio sequitur negatio predicati principalis verbi gratia. Ad veritatem istius homo in quantum risibilis non est asinus requiritur quod homo non sit asinus: et quod nullum risibile est asinus: et quod homo sit risibilis: et si aliquid

est risibile ipsum non est asinus. Si autem in reduplicatiua affirmatiua reduplicatio fiat gratia cause preter dictas quatuor exponentes requiritur quinta vnde terminus super quo cadit reduplicatio insit predicati principali. Et quod iste terminus sit causa predicati: ut homo in quantum homo habet animam intellectiuam est susceptibilis discipline: preter quatuor dictas habet istam quia homo habet animam intellectiuam est susceptibilis discipline vel anima intellectiuam est causa discipline. Quando vero reduplicatio in negativa tenetur gratia cause. Iterum debet habere vnam quintam exponentem preter quatuor predictas: ut ista: homo in quantum rationalis non est capra vnde rationale est causa que homo non est capra. Et sic contra dicitur de quibuscumque. Et sic bene dicta tamen quod peccatum est fieri per plura quod potest fieri per pauciora. Ideo quod tot exponentes frustra ponuntur dico quod omnis reduplicatiua potest per duas propositiones sufficienter exponi: et antequam regulam ponam primo suppono quod in propositione reduplicatiua quatuor requiruntur. scilicet preiacens reduplicatiue subiectum preiacentis predicatum preiacentis: et illud super pro cadit reduplicatio preiacens reduplicatiue dicitur totum illud quod remanet dempta dictione reduplicatiua cum termino super quo cadit reduplicatio. Sicut scilicet: in quantum homo est risibilis: scilicet: est risibilis est preiacens et ly homo est terminus super quo cadit reduplicatio. Similiter dicendo scilicet: est homo in quantum est animal: ly scilicet: est homo est preiacens et ly animal est terminus reduplicatus. Similiter dicendo: in quantum homo est homo scilicet: est risibilis: ly homo est terminus super quo cadit reduplicatio et residuum preiacens reduplicatiue. Istud notato vel est reduplicatiua negativa vel affirmatiua. Si affirmatiua dico quod quilibet talis exponenda est per vnam copulatiuam cuius prima pars est affirmatio reduplicati de subiecto principali. scilicet: preiacentis: et secunda est vna conditionalis facta a reduplicato ad predicatum preiacentis in comparatione ad terminum transcendentem. Et hoc quare literarum terminus sumantur in reduplicatiua sumantur in exponentibus: ut omnis homo in quantum corpus est substantia sic exponitur: omnis homo est corpus et si aliquid est corpus illud est substantia. Et sic si ly in quantum connotat causam tunc loco conditionalis potest poni talis: ut corpus in quantum ignis est calefactiuum: sic exponitur. Corpus est ignis et quia corpus est ignis est calefactiuum. Vel breuius dicitur quod quando caput causaliter equiualeat simplici causaliter: ex quo patet illam esse falsam. Omne corpus in quantum est ignis est calefactiuum: sicut illa omne animal in quantum est rationale est asinus: vel in quantum risibile est homo: ut per se exponentes: Si autem reduplicatiua fuerit negativa vel negatio non preponitur immediate dictioni reduplicatiue vel immediate proponitur. Si vero negatio non preponitur dictioni reduplicatiue vel ponitur ante reduplicatiuam vel post. Si ante: et non cadit super reduplicatiuam ponatur reduplicatio a parte predicati: ut homo non est asinus in quantum est rationalis exponitur sic illa: homo in quantum est rationalis non est asinus: que exponi debet per vnam copulatiuam cuius prima pars est remotio predicati preiacentis a subiecto eiusdem et per conditionalem antecedentis affirmatiue reduplicati de subiecto. et consequentis negatiue predicati de eodem subiecto: ut homo non est asinus et si aliquid est rationale illud non est asinus. Et consimiliter exponitur omnis reduplicatiua negativa in qua negatio non cadit super reduplicatiuam. Si tamen in talibus nullus homo est asinus in quantum est capra negatio non cadat in totum exponenda est ut dictum est. Si autem cadit in totum et super reduplicatiuam non habet exponi sed solum habet causas veritatis que sunt contradictorie exponentium reduplicatiue sibi opposite. Ex his clare patet quod tales quatuor exponentes superflui sunt: quia sequitur tu es homo et si aliquid est homo ipsum est animal: igitur tu es animal et omnis homo est animal. Ideo certum est quod due istarum superflui sunt quantum ad illam expositionem multe etiam sunt reduplicatiue in quibus non sunt tales quatuor exponentes assignande: ut patet de talibus in quantum dens est: non idem sit et non est in quantum deus vult me esse ego sum et sic de alijs.

Circa hoc est notandum qd in huiusmodi propositionibus in quibus dictio reduplicativa totaliter precedit non est servandus similis modus exponendi utrobique: ymo quilibet talis est exponenda per unam copulativam cuius prima pars est affirmatio vel negatio reduplicati ad subiectum preiacentis. Et secunda est una conditionalis ab illo super quod cadit reduplicatio ad predicatum principale in comparatione ad subiectum preiacentis: verbi gratia ista inquam sor est homo sor. est risibilis sic exponitur. Sor. est homo et si sor. est homo sor. est risibilis. Similiter ista inquam deus est non simul idem est et non est: sic exponitur: deus est et si deus est non simul idem est et non est. Similiter illa. Inquam deus vult me esse ego sum: sic exponitur: deus vult me esse: et si deus vult me esse ego sum. Item huius propositio inquam sor. est homo sor. non est asinus sic exponitur: sor. est homo et si sor. est homo sor. non est asinus. Similiter huius inquam tu non moveris tu non curris exponitur sic: tu non moveris et si tu non moveris tu non curris. **U**bi tamen aliqui dicunt et probabiliter quando talis reduplicatio inquam vel sibi consimilis preponitur toti propositioni tunc tenet rationaliter vel conditionaliter solus: ita qd non habet duas exponentes sed solum unam conditionalem cum qua convertitur ut sic dicendo: inquam pater est filius est: inquam homo currit risibile currit: prima enim convertitur cum hac conditionalis. Si pater est filius est: secunda etiam convertitur cum ista: si homo currit risibile currit. Ex his ergo duabus responsionibus emerge sicut placet tibi quibus enim illarum satis probabilis est.

Contra tamen quedam superius dicta arguitur. istam per illa sequitur qd si esset precedenda aliqua inquam conveniunt differunt: qd aliqua conveniunt et si aliqua conveniunt ipsa differunt: sed hoc est falsum: qd tunc que magis conveniunt magis differunt qd est falsum: qd impossibile est qd aliqua conveniunt generaliter et differant generaliter et etiam specificiter vel numeraliter. **S**ecundo sequitur per dictas exponentes qd talis esset vera ysocheles sicut qd ysocheles huius tres angulos equales duobus rectis: qd omnis ysocheles est et si aliquid est ysocheles illud habet tres angulos. **C**onfirmatur qd sicut se habet ly homo ad sensibile sic ly ysocheles ad habere tres angulos equales duobus rectis: ergo sicut est verum qd homo inquam est homo est sensibile sic ysocheles inquam ysocheles habet tres angulos equales duobus rectis. Cuius tamen oppositum dicit philosophus in primo posteriorum et si sic positio nulla. **T**ertio sequitur qd hec propositio est vera Sor. inquam homo est risibilis: qd sor. est homo et si aliquid est homo illud est risibile. **S**ed contra: sequitur sor. inquam homo est risibilis. Sed omnis homo est animal: igitur sor. inquam animal est risibile: consequens est falsum: eo qd statim sequitur si aliquid est animal illud est risibile quod est impossibile et consequentia probatur qd ibi arguitur ab inferiori ad superius sine impedimento. **Q**uarto sequitur qd duo contradictoria inter se contradicentia sunt simul falsa: probatur quia utraq; illarum est falsa: Sor. inquam est aliquid album est homo. Et sor. inquam est aliquid album non est homo: ut patet per exponentes prius dictas: qd sor. esse album non infert sor. esse hominem nec infert sor. non esse hominem. **Q**uinto sequitur qd hec est vera omnis homo inquam est animal est suba animata sensibilis: qd omnis homo est animal et si aliquid est animal illud est suba animata sensibilis. Sed contra sequitur omnis suba animata sensibilis est alba omnis homo inquam est animal est suba animata sensibilis ergo omnis homo inquam est animal est albus: consequens est falsum: patet per exponentes: igitur aliqua premissarum et non maior: ut suppono: igitur: et consequentia patet qd est syllogismus in primo modo prime figure.

Ad ista respondetur Ad primum concedo qd aliqua inquam conveniunt differunt: qd omnis ratio illarum qd aliqua conveniunt est ratio conclusiva qd illa differunt: qd

qualitercunq; inferitur qd illa conveniunt scilicet qd illa sunt multa et per consequens diversa et diversa sed negatur talis consequentia cum concluditur qd quocunq; magis conveniunt magis differunt. **A**d secundum argumentum dicit qd Ari. non capit ibi ly inquam vel ly scd qd: reduplicative sed prout connotat passionem convertibilem et immediatam. Ideo sicut illum intellectum negaretur etiam illa homo inquam homo est sensibilis: sed concederetur ista homo inquam homo est risibilis vel homo inquam homo est animal rationale et cetera. sed iam patet ex dictis qd reduplicatio non sic sumitur in proposito. **A**d tertium respondeo concedendo illam: sor. inquam homo est risibilis. Et tunc ad improbationem nego istam: huius arguitur ab inferiori ad suum superius qd sicut aliquos arguitur cum distributione procedente qd ly inquam et quibus alia dictio reduplicativa habet confundere terminum se sequentem confuse et distributive sicut etiam nota conditionis. Ideo sicut ab inferiori ad suum superius cum nota conditionis non valet consequentia sic etiam nec cum dictione reduplicativa que includit conditionem valet consequentia: sicut non sequitur: asinus si est homo est risibilis et asinus est animal: igitur asinus si est animal est risibilis: vel sic: hoc est ens vel homo si antichristus est: demonstrando antichristum: et hoc non est ens vel homo ergo ens non est ens vel homo non est homo si antichristus est. Similiter non sequitur: homo inquam risibile est animal et omne risibile est album: igitur homo inquam albus est animal: ista est falsum sicut illa homo est risibilis inquam est animal: qd sic debet exponi homo est risibilis vel homo est animal et si aliquid est animal illud est risibile. Ego autem dico qd ly inquam confundit confuse tamen sicut nota conditionis sicut qd in secunda parte dicitur minabitur et sicut nota conditionis immobilitatis ita et dictio reduplicativa: quare ab inferiori ad suum superius non valet argumentum licet affirmativum et sine distributione arguitur et cetera. **A**d quartum dicitur qd illa non sunt contradictoria: et causa est qd si in uno contradictorio reduplicatio affirmatur opz qd negatur in alio: qd reduplicatio est principale et formale propositionis in qua ponitur: sicut etiam sunt dictiones exclusive et exceptive in alijs de in esse. Et tunc sicut in exclusivis et exceptivis non manet eadem nota affirmata in utraque contradictoria ita est in reduplicativis qd dictio attenditur maxime penes hoc qd nota in una affirmatur et in altera negatur et hoc non precise: qd opz etiam verbum principale negari et qd subiectum et predicatum preiacentis opposito modo supponat. **I**tem pro toto dico qd dictio: inquam in reduplicativis debet dari per negationem prepositam toti. **E**x his patet qd ista non sunt contradictoria. **O**mnis homo inquam animal est risibilis et aliquid quod est homo inquam animal non est risibilis: qd utraq; est falsa: nec ista est animal inquam risibile est homo et animal non inquam risibile est homo: qd utraq; est vera ut patet: sed ista contradicunt animal inquam homo est risibile et non animal inquam homo est risibilis. **A**d ultimum dico concedendo illam. omnis homo inquam est animal est suba sensibilis. Et tunc ad improbationem nego istam: qd plus predicat in maiori qd subiecta in maiori: In maiori enim subiecta ly suba animata sensibilis et in minori predicat totum illud inquam animal est suba animata sensibilis. Et ratio est qd per primum proz reduplicatio semper se a parte predicati. **I**tem huius ista est bona. **O**mnis homo inquam animal est sensibilis et risibile est homo ergo et risibile inquam est animal est sensibilis: vbi intellectus maioris est iste: omnis homo est sensibilis inquam animal est animal: ita qd semper in argumeto iuxta ponatur predicato preiacentis dictio reduplicativa cum illo termino super quo cadit. Et per istum modum poterit syllogizari in reduplicativis quemadmodum et in alijs simplicibus de in esse. **I**tem in 2o huius non sequitur: omnis homo inquam animal est animal: nullum album est animal: igitur omne album inquam animal non est homo. **S**icut nec sequitur nullum album est sensibilis omnis homo inquam est animal est sensibilis: igitur omnis homo inquam animal non est albus. **R**atio autem quod neutra veritas est: qd continue plus predicat in minori qd predicat in maiori ut patet ex dictis. **S**ed huius sequitur nullus clericus inquam clericus dicitur a layco. **O**mnis grammaticus inquam grammaticus dicitur a layco: igitur nullus grammaticus est clericus?

Item
homo
sensibil
extrem
maior
illud bo
aliter co
mal est
tum a
suba: a
ratio
sequitur
inquam
aliqua
gizand
catinis
re dnp
preiac
in ista
risibile
stare c
tue: q
inferit
est bo
intenti
bonu
est si b
iustitia
quia in
ferior
risibile
non ta
est an
suba a
aiata
CD
minu
dit co
positi
mo n
prim
ditur
facit
homi
sibi n
cend
stat o
stribu
v. ita
cedit
re ali
dicen
mo v
stat c
tur a
tum:
obst
quia
sine i
cedit
ter se
aliqu
q vt
Item
tem
confi

Item in tertia figura non sequitur. Aliquod grammatice homo omne grammatice inquit est aial est sensibile: igitur aliqd sensibile inquit est aial est ho. Et ro e: q: in pcone maior extremitas non precise predicat de minori. In maiori. n. maior extremitas est ly ho et in pcone predicatur totum illud homo inquitum est animal. Ideo in pposito non pot aliter concludi q: idirecte dicendo ergo ho inquantu e animal est sensibilis. Sed bene sequitur omnis homo inquitum animal est sensibilis omnis homo inquitum animal est suba: igitur aliqua suba inquitum animal est sensibilis: cui? ratio est quia ad preiacentem minoris cum eadez maiori sequitur eadem conclusio. Sequitur enim omnis homo inquitum animal est sensibilis omnis homo est suba: igitur aliqua suba inquitum aial est sensibilis. Et sic p: qualr e syllogizandu i reduplicatiuis. ¶ Itaq de supponibus reduplicatiuis est dicendu. Circa q: est notandu q: subiectu in re duplicatiua eodem modo supponit sicut supponit i sua preiacente: eadem enim suppositionem habet subiectu in ista animal inquitum est homo est risibile et in ista aial e risibile. Illud autem super quod cadit reduplicatio dicit stare confuse tñ: et fm allos supponit confuse et distributive: q: sub eo contingit descendere ad qd: suum per se inferius. Ideo bene sequit for. inquitum aial e sensibile: for. est homo: igitur for. inquitum homo est sensibilis. Et h est intentio philosphi primo priorum qui dicit q: si iustitia e bonum inquitum bonum tunc iustitia est omne bonum: h est si bonum inquitum bonum est iustitia omne bonum e iustitia. Item predicatu preiacentis supponit confuse tñ: quia insertur ex quolz per se inferiori et non insert sua inferiora copulatiue nec disiunctiue: Sequitur. n. for. inquitum risibilis est homo ergo for. inquitum risibilis est animal: non tam en sequitur for. inquantu suba animata sensibilis est animal et ista sunt omnia animalia: igitur for. inquitum suba animata sensibilis est hoc animal: vel for. inquitum suba aiata sensibilis e h aial quocunq: demarator sic de singulis.

De dictione sicut.



Steno i parte de differt: aliis: no ide: de ex clusivis: exceptivis: et reduplicatiuis. ¶ Restat pster de alijs dictionib: vim confundendi habentibus pertractare. Et primo de hac dictione sicut que cum suo redditivo precedente deducto quocunq: impedimento terminum immediate sequente compabiliter rectum confundit confuse et distributive in compatione ad predicatu p: positionis dependentie: vt for. est ita fortis sic aliquis homo mundi ly homo stat confuse distributive: ponitur. n. primo que cum suo redditivo: q: tam ly sicut q: suu redditivum ita de per se terminum immediate sequentem faciunt stare confuse tñ: vt tu es fortis sicut aliquis ho: ly homo stat confuse tñ: et non confuse et distributive: quia sibi non additur ly ita qd est suum redditivum. Similitr dicendo ita fortis e aliquis homo sicut aliquis leo ly homo stat confuse tñ: ratione de ly ita: et ly leo stat confuse et distributive ratione illaz duarum dictionum precedentiu. Ita sicut. Additur etiam ly precedente: q: si ly sicut precederet suum redditivum ambo simul non possunt facere aliquem terminum stare confuse et distributive: vt sic dicendo: sicut aliquis leo velociter currit. Ita aliquis homo velociter ambulat: vbi patet q: taz ly leo q: ly homo stat confuse tñ. Similiter dicendo: Sicut cito corumpetur aliquis homo. Ita cito generabitur aliquod compositum: tam ly homo q: ly compositum stat confuse tñ: no obstante q: ly homo precedat ly sicut cum suo redditivo quia suum redditivum subsequitur ly sicut. Dicitur etiaz sine impedimento: q: si negatio vel aliquod huiusmodi pcedit eminu coparatu non oporteret talem stare mobiliter sed immobiliter vt sic dicendo for. no est ita bonus sicut aliquis homo. For. e ita fortis sicut omnis homo: vbi p: q: vtrubiq: ly homo stat determinate vel confuse tantu. Iterum additur illa particula terminum immediate sequentem comparabilr rectu: q: ly sicut cu: suo redditivo no confundit mobiliter terminum rectum ratione condicio

nis vel similitudinis: verbi gratia vt ego percutiaz te ita fortiter sicut vnum asinum: ly vnum asinum non stat confuse et distributive sed confuse tñ: q: non sequitur: ego percutiaz te ita fortiter sicut vnum asinum: sed brunellus est vel erit asinus percussus: igitur percutiaz te ita fortiter sic brunellum. Unde ista propositio: ego percutia te ita fortiter sicut vnum asinum significat q: ego percutia te ita fortiter sicut si esses vnus asinus vel sicut ego percuterem vnus asinum vbi p: q: ly vnum asinum no stat confuse et distributive. ¶ Ultimo additur illa particula in comparatione ad predicatu propositiois dependentie q: non sequitur: tu es ita albus sicut aliquis homo sed for. est aliquis homo: igitur tu es ita albus sicut for. antecedens eni est verum et consequens falsum: supposito q: no sint plures albi q: tu et plato qui estis equaliter albi et sit for. niger: et p: q: non sequitur: sed oporteret arguere cu predicato propositiois dependentie: vt tu es ita albus sicut aliquis homo sed for. est aliquis homo albus: igitur tu es ita albus sicut for. Similiter etiam non sequitur: tu curris ita bene sicut aliquis homo sed plato est aliquis homo: ergo tu curris ita bene sicut plato: sed oporteret sumere in minori q: plato est aliquis homo currens bene ita ergo pat: q: in illa tu es ita albus sicut aliquis homo ly homo stat confuse et distributive solum pro homine albo. Et nota q: p: positionem dependentie voco propositionem implicite vel explicite sequentem ly sicut: vnde licet quandoq: dicatur for. est ita bonus sicut plato: aut hominem docere est ita meritorium sicut orare in predictis et similibus sic oportet supplere: for. est ita bonus sicut plato est bonus: hominem docere est ita meritorium sicut hominem orare est meritorium. Ex hoc sequitur q: vbiq: ponitur ly sicut comparabiliter due propositiones sunt formade aut subintelligede quaru vna vocatur propositio redditivi. s. illa i qua expresse ponitur vel subintelligitur ly ita: altera vero in q: ponitur ly sicut vocat p: dependentie.

